MARCI ANTONII ALAYMI PHILOSOPHI, ET MEDICI SICULI, ...

Marco Antonio Alaymo

Illustrissimo, & Reuerendiss. Domino

D. FRANCISCO TRAINAE,

EPISCOPO AGRIGENTINO DIGNISSIMO.

MARCVS ANT. ALAYMVS, Phylosophus, & Medicus, S. P. D.

VOLATILIVM omnium Regina (Illustrissime Pastor, prolificandi tempus cognoscens, vt genituram suam à venantium manibus, Ferarumquè voracium dentibus tutius vindicet, eminentioribus in montibus, atque proceribus naturali quodam instinctu nidificare nititur, cui Sophorum omnium intellectus, quorum pectora Aonio fonte tincta, quorumq; poemata Castalias coluere lymphas, meritò comparatur. equidem sicuti Aquila, Solis fulgentissimi radios fixius intuetur, ita hominum mens ad speculandum à rerum omnium Conditore constituta, ad altiorum, Deiquè ipsius contemplationem eius aciem sapè sapius dirigit, hinc factum esse puto, vt sapientes, literarumquè cultores, vt proprium intellectus partum ab improbis faucianti lingua susurris, lethaliquè conuiciorum veneno extricarent, Regibus inuictissimis, Magnatibus, Illustrissimisquè Heroibus dicauerint, ad quorum exemplar, consultationem hanc tanquam intellectus mei partũ, Tibi Illustrissime Praesuli dicare decreui, si eam tamen suscipere digneris. Ve-

Digitized by Google

enumenimuerò ab Illuſtriſſima Familia tua ſactis admirandis ne dum non recedis, ſed eam dignitate tua, moribus, ſcientijs, pietatis, humanitatiſquè ſplendore perilluſtras, attamen quod in nobiliſſima Familia tua magis elucet, & Tu hac in noſtra tempeſtate veluti fulgentiſſimus Sol emicas, vt benignitate non vulgari Studioſos omnes, viroſque probos adeò tibi diſtringas, vt nec Mecenas Oratio, nec Meſſalla Catullo, nec Pollio Maroni, nec Philippus Ariſtoteli comparari tibi meritò valeant, nec ſecus eſſe potuit, ſi ambidexter videaris (vt ex perilluſtris Familia tua ſtemmatibus clarè videmus) vt quidem non vnica, ſed duplici dextera, & vitioſos deprimas, virtuoſoſque protegas, & iurè quidem ſuffragaris, cum Palma ramum vtraquè pugno fortiter adſtringas, ex quo & melior Mecenas, & acer Defenſor demonſtreris, nam Palmitis ramus, quem in ambâ dextera detines, id clarè innoteſcit, cuius quot folia, tot gladij demonſtrantur. Offero Tibi igitur viro Illuſtriſſimo, meorum laborum fructus, quos ſi hylari fronte (vt ſpero) te accepturum cognouero, haud mediocrem profectò ingenio meo vigorem ad maiora lucubranda addideris, ego quidem interea tibi Neſtorea vita digniſſimo, plures, ac innumeros annos, feliceſquè precabor; Vale, atquè millies vale.

Re-

Reuerendissimi Patris

D. CHERVBINI ALAYMI,

ABBATIS, ET VISITATORIS Cassinensis, ac Prioris Metropolitanæ Ecclesiæ Montis Regalis.

Gentis in exitium humana Phlegethontis ab vndis,
Caussisq; Erebi emersit Echidna vadis.
Illa venenatos expuens ore cruores,
AEgra primum infert vlcera parua gula.
At mox plaga tumens per fauces effera late
Grassatur, languens enecat vsque capax.
Turba vetus Medicum certam nec repperit herbam,
Triste Machaonia, qua fuget arte malum.
Pæonio Marcus componit pharmaca succo,
Atque noua præsens guttura sanat ope.
I, vome nunc acres furiales Bellua morbos,
Quæ tibi vim tundant, pocula Marcus habet.

D. VIN-

D. VINCENTII DE MARIA.

AVCTORIS FAMILIARISSIMI,

ANAGRAMMATISMVS.

MARCVS ANTONIVS ALAIMVS.

I, MORS AC SALVS IN MANV TVA.

MIrabar tua læta olim miracula, nomen
Quæ de te ſparſum, famaquè concelebrant.
Dum namquè ægrotos curas medica arte, videris
Ad vitalem auram tu reuocare animas.
Mirabar certè, ſed ceſſo, corde volutans,
Vertens atquè tui nominis ipſe notas.
Nam Polus id tibi ceſsit, dat qui nomen, & omen,
Quod reperire tuo in nomine cuiquè licet.
Ecce TVA IN MANV erunt an, AC iuſſa manebũt
MORS, hominumque SALVS: I, Deus alter eris.

IOSEPH CASAGA

ARTIVM, AC MEDICINAE Doctoris,

AVCTORIS DISCIPVLI AMANTISSIMI.

QVI cupis Anthiadum puerorum pellere morbos;
Crassariquè nequis vulnera syriaca,
Hoc tibi dat Marcus, multum qui pollet in arte
Pœonia, & nulli iure secundus eris.
Diceris meritò posthac, mi Marce, per Orbem
Morborum domitor Trinacriæque salus.

PRO

Digitized by Google

PRO SYRIACIS ET AEGYPTIIS VLCERIBVS,

IDEST PRO CRVSTOSIS, SORDIDIS, & cangrenosis vlceribus Antiadum, seu Tonsillarum, & Columellæ pestilentialibus vera Methodo curandis.

MARCI ANTONII ALAYMI,

AD THOMAM, ET IOANNEM Vincentium, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctores, eius fratres, Consultatio.

Essentia istius morbi, quæ.

ETSI in describenda essentia, natura, & curatione istius diri, & pestilentialis affectus, non Atticè, sed Laconicè quidem procedere nostra subcinctè dicendi consuetudo, nuntijquè celeritas nos cogat, nihil tamen intentatum, indiscussumq; relinquam.

EST igitur hic truculentus, & refractarius morbus, qui in tonſillis primo, & columella aliquando vlcera quæ iam ſordida, & cruſtoſa vt plurimū cāgrenoſa, ſphaceloſaq; multoties producit, ſerpentia, lata, caua, & cōtagioſa, quæquè excellens rubor, inflāmatio, venatumq; dolor circūueniunt, hinc aliquoties exiguæ, caræq; puſtulæ emanantes, in vnum coaleſcunt, atquè latum indè vlcus efficitur; hinc actiuiori reddita vlceris venenoſitate, phlegmone in collum erumpit, & per arteriam aſperam indè deſcendens, pectus tumet, febris augetur, ſitis cruciat, liuet facies, vlcerisq; fœtor producitur, hinc ſanies, quæ ab vlcere peſtilenti deſtillat, per aſperam arteriam in pulmones dilabitur, eoſquè contaminat, vlceratquè, indè venenoſitas veloci curſu anguſtiſſimas illas leues pulmonis arterias permeans, cor petit, hinc morbus iſte dirus, Amphisbenæ inſtar, duplici capite mortiferum venenum eiaculat, vno quidem tonſillas mordendo, eaſq; adiacentibus cum alijs particulis in magnum tumorem eleuando, inflammando, vlcerando, acrem dolorem excitando, aëris ingreſſum, regreſſumue impedit, hinc prohibita reſpiratione, cor excandeſcit, eiuſq; calor fuliginibus non expurgatis obruitur; multoties enim ob tumorem illis in partibus genitum, œſophagi oſtium intercluditur,

vt

vt nedum cibus deglutiri nequeat, verùm, & potus in nates resilit; altero verò capite eiaculando venenum, partim per grandem arteriam, quæ in gula manifestò pulsat, partimq; per asperam arteriam, perq; leues inde pulmonis arterias penetrando, cor vitæ fontem deuastat, & heu quàm miserrima mortis conditione pueros infinitos, puellasq; ad pubertatis vsq; tempus perimit, nec vno conciso, biceput serpens istè quiescit; sed alios inde pueros contagiando enecat, natuq; maiores aliquando singulari, adeò vt familias integras perdat; hæc est essentia, & infausta huius morbi conditio, & quidem adeò pessima, vt Perillustrium Medicorum mentem confundat, & quantò ad vera præsidia indaganda Medici solerti indagine perscrutantur, tantò sibi laboriosa meden di via euadere videtur, morbusuè in miseros pueros vehementem iram colligit; nos verò multis nocturnis exercitationibus præcedentibus, veram methodum hunc horribilem morbum profligandi, adinuenimus, à vera eius essentia, & caussarum cognitione selectam, & quidem fidissima experientia multis in ægrotis confirmatam. Etenim verò in pestilentialibus, & mortiferis morbis adinuenire methodum, & remedia, quæ multis profint, Sacra anchora nuncupari pôt, aliòquin si aliqui nõ perirẽt, pestilẽs affectus dici

 ne-

nequit, quæ medendi methodus ſi exactè obſeruetur, vobis honori, & vtilitati maximopere erit, & vt gradatim in indagandis huius ſæuiſſimi morbi eſſentia, & cauſſis procedamus, vt indè felicior in profligando morbo ſuccedat euentus, nè dicenti mihi (Fratres amantiſſimi) mentis aures præbere vos tædeat.

QVID MORBVS ISTE REVERA conſiſtat. Caput Primum.

Morbi vagantis antiquitas demonſtratur.

NON eſt morbus nouus; vagans hæc mortifera lues, vt aliqui ſibi perſuadent, equidem poſtquam primus Parens irruit in uetitum, & calida co tunc frigidis, & humentia ſiccis inter ſeſe pugnare, aëriſq; alterationes produci cœpere, vt ſtatim hunc morbum inter cæteras humanæ naturæ miſerias ortum duxiſſe credo, nam vt per hiſtorias inuenio, vetuſtiſſimus hic morbus eſt, flagellum quidem quo Deus Omnipotens, vt refert a Aretæus, Barbaros illos AEgypti, & Syriæ regiones colentes continuo afficit. Fortaſsè modo in noſtrum adeò animum, vt in quamdam cœnoſam latrinam omnia prorſus confluxere flagitia, vt Omnipotens iuxtè

a lib. 2. cap. 9.

mior

morbum hunc in nostram transtulerit regionem, & Barbarorum more nos tractet. Flagella enim Dei punientis, pestis, morbique, omnes pestilentes existunt. De hoc morbo Aretæus Cappadoces vetustissimus inter Græcos Medicos, qui antè Galenum floruit, & Aetius apertissimè verba faciunt, sicca autem Mineruа, Paulus, & alij.

Nequè Angina morbus hic nominandus est, toto enim cœlo inter sese distant. Angina enim, siuè morbus sporadicus, siuè pestilentialis sit, gutturis, seù faucium inflammatio est, morbus autem, qui modò grassatur, vlcus sordidum, siuè crustosum, seù sphacelosum tonsillarum existit; interclusio autem viarum respirationi, & ciborum ingressui inseruientium, omnibus communis est, licet etiam in genere materialis caussæ differentiantur; Sporadica etenim Angina à sanguine [illegible], seù fauces, solam inflammationem constituente producitur, hic verò à virulenta, ignea, pestilenti, contagiosa, erodente, & serpente materia progignitur. Illa particularem caussam in cuiuslibet animantis indiuiduo genitam requirit, hic autem vniuersalem, nempè aëris vitium primariò, humorum dispositionem secundariò exposcit, vndè illa sporadica, hic epidemica affectio dicatur; illa morbus in aucta magnitudine quatenus phleg-

Morbus hic non est Angina, & quomodo differant.

Digitized by Google

phlegmon eſt tumor, hic morbus in ſolutæ vnitate cum deperditione ſubſtantiæ, quatenus vlcus eſt, illa non maiorem ægrotantium numerum perdit, vt plurimum enim conualeſcunt, hic maiorem numerum abſumit, & vt plurimum quidem viarum reſpirationi, & deglutitioni inſeruientium ſtrangulatæ ægri exanimantur. Quod ſi morbus hic ſæuus peſtilentiali Anginæ comparetur, eadem ratione differentiunt; licet in contagio, & pernicie ſimul conueniant.

Morbus vagans Peſtis non eſt.

Neque Peſtis, truculentus hic affectus nuncupari poteſt, licet multos interficiat, alioſuè inficiat. Enim verò oculatiſſimi Medici id promere, & Reipublicæ pacem perturbare haud eſt, ad peſtem enim conſtituendam duo hæc minimè ſufficiunt, Beluæ etenim feraciſſimæ Peſtis cognoſcendæ, multas aureis litteris exarandas conditiones, Medicorum ſydus, Galenus deſcripſit; quæ à duobus locis, tanquam à limpidiſſimis fontibus, quorum vnus, in libro de Theriaca ad Piſonem, alter in proœmio libri primi Epidemiorum habetur; ſed intelligite quod Piſoni dixit

** Peſtis conditiones quæ apud Galenum.*

[Namquè Peſtis tanquam & ipſa exiſtat quædam Belua haud paucos interim, verum Ciuitates quoque totas depaſcens, malè conficit, quippè praua quædam aeris ad corruptionem prompta mutatio eligitur, & ho-

hōmines quum respirationis necessitate per eorum efferra nequeant, ipsum aerem veluti venenum quoddam ad se per os attrahunt, quàobrem etiā Hippócratem illum multis modis admirandum lando, qui luem illam ex AEthiopia Græcos inuadentem, non aliter curauerit, quàm aeris mutatione, alterationeque, nō talis amplius inspiraretur: quùm igitur ignem per totam Athenensem Vrbem incendi iussisset, non simplicem lignorum materiam, verùm serta, floresquè suauissimos, alimentū ipsius esse consuluit, vnguentaquè pinguissima, & odorifera ipsi superfundi, vt aerem purum, homines in maximo subsidium respirarent] hæc Galenus Pisoni, Et iterum de peste in b Epidemijs dixit, [Vbi multi vno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, caussam illi attribuere debemus, quod est maximè commune, & quo præcipuè omnes vtuntur, id autem est, quod respirando attrahimus; Tunc enim victum cuiusquè nostrum nequaquam in caussa esse manifestò constat, cum morbus omnes iuxtà attingit, tam iuuenes, quàm senes, tàm fœminas, quam viros, perindè vinum, ac aquam bibentes, tàm qui offam, tàm qui panem cōmedunt, tàm qui parum, tàm qui multum laborant, ergo non fuerit victus ratio in caussa cùm homines quoquè vtentes in eumdem incidunt

b Lib. 1. Epid. in proœmio.

mor-

Digitized by Google

morbum] hæc Galenus; ex quibus melliſluis verbis, vtriuſq; textus, veræ Peſtis conditiones elicere poſſumus.

Prima peſtis conditio quæ.
* *Peſtis vndè dicatur.*

Primò quòd peſtis inſtar Beluæ, non paucos, ſed Ciuitates quoquè totas depaſcat, & re vera Peſtis, à * Paſtu, vndè paſtilentia, ſeù peſtilentia deducitur; quoniam humana corpora deſtruendo depaſcit, vt Iſidorus [c] notat: Aliquando * peſtis, lues nuncupatur, a luctu, quem in Ciuitate propter filiorum, parentum, coniugum, bonorumquè depopulationem producit, immò Iſidorus luem, à labe originem trabere dixit; quia in ſubitam vitæ ruinam incidunt, qui peſtilenti lue afficiuntur.

c lib. 4. cap. 6.
* *Peſtis cur lues dicatur.*

Secunda peſtis conditio explicatur.

Secunda conditio eſt, vt ab aëris corruptela, & inquinamento proficiſcatur, idipſum alibi [d] innuit. Et quoniam aer vniuerſaliſſima, & communis cauſſa nobis eſt; quo reſpirando egemus, ideò ipſo venenoſo reddito, vt ferè omnes miſere occumbant, & pauci a deteſtabili exitio euadant neceſsè eſt, etenim pauci ſunt, qui propter in ſex rebus non naturalibus errata, ad peſtilentiam diſpoſiti haud ſint, hinc Galeno aſſentiuatur Philon Hæbreus * qui vocauit peſtem aeris mortem,) Plutarcus, Ioannes Heunricus: & lepidiſſimè [e] Ficinus, Peſtem Draconem eſſe, ex corpore, aereo formatum, contra humanum genus

d lib. de Theriaca ad Pāphilianū, poſt princ. & 1. de diff. feb. cap. 2. & 4.

* *Peſtis aeris Mors dicitur.*

e lib. 3. c. 6.

genus venenum inspirantem, & f alibi, vaporem quemdam venenosum in aere concretum, inimicum quidem vitali spiritui vocauit.

Tertia Pestis conditio illa est, vt multi vno morbo homines corripiantur eadem tempestate, quia * aer communis omnibus cum sit, eo inquinato, & vitioso reddito, omnes eodem morbo affici necessario consequitur; hinc alios morbos per Ciuitatem vagare, minime obseruatur, sed cunctis in hominibus vnus epidemicus, & perniciosus morbus grassatur; id ante Galenum, Thucidides scriptum reliquit, post Galenum, Marsilius Ficinus, cum retulit, Communiter euenire solet, quod morboso tempore nulla praeter pestem aegritudo appareat; quod * si aliae, & multiplices quidem apparuerint aegritudines, tunc pestilentia remittitur, & cessat; & doctissimus g Mercurialis in haec verba prorupit. Quicumque tenebantur à principio tertianis; vel aliquo alio morbo, magna ex parte conuertebantur eorum morbi in pestiferos; immo aliquos fuisse vulneratos; & vulnera illa conuersa fuisse in pestem; h idipsum i Ingrassias, Andreas Gallus, & omnes de peste scribentes confirmare videntur. * ratio enim est quia sporades morbi ex aëris alteratione aliquando fiunt, pestis verò ex ipsius inquinamento

f Tract. de Pest., cap. 1.

Tertia Pestis conditio explicatur, & quomodo.

* Peste vigente cur nullus alius morbus appareat.

* Peste deficiente, apparent alij morbi sporades, & cur.

g De Peste Venetia.

h Parte 1. cap. 2.

i Tract. de peste.

* Sporades morbi ab alteratione aeris aliquando fiunt.

B gene-

generatur; cum igitur in peſte ſporades morbi apparere incipiunt, certiſſimum ſignum eſſe aëris corruptelam fuiſſe emēdatam, ſolumuè alteratum remanere deſignat.

Quarta Peſtis conditio quæ.

QVarta tandem Peſtis conditio eſt, vt omnes iuxtà attingat, tam iuuenes, quàm ſenes, tam fœminas, quam viros, tàm qui offam, tàm qui panem comedunt, perindè vinum, ac aquam bibentes, tàm qui parùm, quam qui multum laborant. * Et bene quidem, quia peſtis inclementiſſimè ſeuiens, neminique mulctam remittit, & hac de cauſſa Regius Propheta a Gad interrogatus, quod ex tribus in Terra ſua eligere voluiſſet, an ſcilicet ſeptem annis famem, an tribus menſibus bellum, an verò tribus diebus Peſtilentiam, Diuino numine fatus, cum ſe neque per bellum, neque per famem, (quia Rex erat) Dei flagellum minimè perſentire cognouerat, Peſtilentiam ob id elegit, vt ſe potenti Dei manui humiliaret, cum exceptionem perſonarum Peſtis haud habeat.

** Peſtis omnes [illegible] apprehēdit*

2. Reg. 24.

Morbus præſens nullas habet peſtis conditiones.

** Morbus præſens non reſpondet primæ conditioni, & cur?*

VErum præſens morbus, nullis ex his conditionibus a Galeno deſcriptis, reſpondere videtur, * non quidem primæ, quia nè dum non totam Ciuitatem, verùm nec dimidiā, nec milleſimā partem hominū, ſed puerulos paucos, & ex his vt plurimum cachochimos, vel malè curatos exanimat.

Nec

NEC morbus iste secundæ Pestis conditioni concordat, quia licet morbosa hæc lues ab aëris vitiosa qualitate producatur, non dicet tamen inquinamentum, & aëris corruptelam, qualis in peste requiritur, nam licet modo morbus iste ab aëris vitio proficiscatur, puerulos tantum male afficit, grandiores tamen natu optima valetudine fruuntur, quod in pestilenti constitutione minimè obseruatur. Nec subticere volo, quod ne dum vigente peste, sed etiam in regione vbi futura est pestis, Naturales, * Aues omnes, Vulture, Miluos, Coruos; præcipuè, fugam arripere obseruant; Id confirmat Thucidides dum ait. Validoque meum dictum argumento confirmant, quod scilicet manifestus erat auium huiusmodi defectus, & neque visebantur vsque alibi; neque circa tale quicquam, quod etiam lepidissime cecinit Lucret.

Morbus præsens non respondet secundæ Pestis conditioni, & cur?

** Fuga Auium ac præcipuè Miluorum, Vulturum, & Coruorum futuræ pestis signum.*

Nec tamen omninò temerè illis solibus vlla
Comparebat Auis, nec tristibus sæcla ferarum
Exibant syluis, languebant pluraque morbo,
Et moriebantur, &c.

QVod etiam describitur à Ficino, Iouberto, multisque alijs pestis obseruatoribus, vt diffusius in nostro tractatu de peste dicemus. Equidem quod de Auibus, id etiam de Canibus confirmari potest * qui propter acutissimam odoratus

** Canum rabies & interitus, signum propinquæ futuræ pestis, & cur?*

facultatem, & ſympathiam, quam cum humano genere habent, prius corrupti aeris luem perſentiunt, hinc ſemper obſeruatum eſt, vt antè hominis peſtem Canum rabies, & interitus praecedant. De hoc enim ſid. ſi-dui teſtes ſunt, Thucidides, Euſtachius, AElianus, Sillius Italicus, Ouidius, Lucretius, & alij; relinquo modò multa alia metheorologica ſigna, quae peſtem antecedunt, eo loco demonſtranda. Cum igitur haec omnia neque antecellerint, nec hunc morbum ſequãtur, omnis de corrupto aere, & per cõſequens de Peſte ſuſpicio meritò tollitur.

Morbus praeſens non reſpondet tertiae peſtis conditioni, & quomodo.

NEquè tertiae peſtis conditioni reſpondet, quoniam non omnes homines hoc vno morbo afficiuntur, hac eadem tempeſtate, ſed aliqui pueri, alij autem homines ſporadibus affectionibus laborant, quae naturam, & conditionem haud permutant vt in peſte contingit, in qua ſi aliquis morbus ſporades apparet, ſtatim in peſtilentem naturam conuertitur, vt ſuperius dictum eſt.

Morbus praeſens nõ reſpõdet quartae peſtis conditioni, & cur?

NEc tandem quartae peſtis conditioni reſpondet, quia non omnes iuxtà attingit, licet enim ex puerulis, tam de pauperibus, quam diuitibus, tam benè, quam malè commedentibus verificari poſſit, & ideò hoc modo morbus peſtifer dici valeat, non omnes tamen homines, tam iuuenes, quam ſenes, tam viros, quam foeminas

 attin-

attingit; vt ferocissima pestis Belua deuastare solet. Morbum hunc igitur pestem non esse clarissimè patet. Addo etiam pestem contagium omne, & contactus, & fomitis, & ad distans agnu sere, morbus autem hic respiratione solum lædit, itemq; pestis contagium quodquod sit siue ex inquinato aere genitum, siue ex corporibus infectis egressum, disposita corpora inficit, tam puerorum, quam adolescentium, tam iuuenum, quam senum, huius autem morbi contagium pueros, vt plurimum, grandiores raro inficit.

Non morbus communis simplex, seu popularis, vel vulgaris, morbus hic esse potest, quoniam non omnes cuiusq; ætatis homines, sed pueros attingit, etenim communis morbus, cum à communi caussa proficiscatur * nempè vel ex aeris vitio, vel ex aquis corruptis, vel ex prauis cibis, vt in Annona contingere solet, meritò omnes afficit, quod hoc in morbo minimè obseruatur.

Morbus hic non est communis popularis simplex.

** Morbus communis triplici modo fit.*

Et quoniam communis, seu vulgaris morbus bifariam diuiditur, in Epidemicum nempè, & Endemicum, videamus quæso si fortaise horum vni præsens morbus concordet.

Communis morbus quo duplex diuidatur.

Non est morbus Epidemicus, neq; vlli generi eius diuisioni respondet;

Morbus præsens cur non est morbus Epidemicus.

Epi-

* Morbi Epidemici diuisio qualis.

* Morbus Epidemicus simplex qualis.

Morbus Epidemicus pestilens, qualis.

Epidemicus enim morbus multifariam * diuiditur, in simplicē scilicet, & pestilentē.

MOrbus Epidemius, vel Epidemicus simplex, * ex aëris alteratione secundum manifestas qualitates fit, nempe quod aër, vel nimis calidus, frigidus, humidus, aut siccus existat, vndè malignitatem quamdam acquirit, quæuè alteratio, vel à temporum mutationibus, tempestatibus diuersis, Cœlorum, Planetarumq; motibus, & aspectibus proficiscitur, hic enim excessus in aëris qualitatibus, cuiusq; indiuidui dispositos humores vitiat, ob idquè vnius morbi generis ægrotantium multitudo producitur, sed ex varijs vitiatis humoribus, iuxta particularem indiuidui dispositionem, & errata in sex rebus non naturalibus, varia insurgunt symptomata, & non quidem in omnibus eadem, vt in peste, de hac Epidemiali constitutione Hippocrates, in Epidemijs, varijs in locis vberrimè verba fecit.

MOrbus epidemicus pestilens, ab inquinamento, & venenositate aëris generatur, vndè aër ipse in qualitatibus, & substantia vitiatur, hinc morbus vnicus in omnibus fit eadem seruans symptomata. Aër enim sua venenositate, agens validum cum sit, corporis humores corrumpit, in suiq; naturam vertit; hinc ab vna, eademq; causa, vna essentia, vnus affectus, eademq; sym-

symptomata in omnibus producũtur: vndè inopinatorum hominum mortem, & contagium contingere necesse est.

VErùm pestilens, & venenosus Epidemius morbus, iterum à non contemnendis Auctoribus subdiuiditur, in venenosum scilicet ab occulta proprietate, & à tota, vt aiunt, substantia; vel in venenosum à manifestis qualitatibus, aëriq; substantia vitiatis: etenim à tota substantia Epidemicus morbus venenosus, vel à * Deo immediatè immittitur, vel à * Diabolo, Deo ipso permittente inficitur, vt in tractatu de peste probaturi sumus. * Hæc enim pestilentia solo mortalitatis euentu depræhenditur, quoniam neque per Astrologicam, neque per Astronomicam facultatem, neque per temporum naturales mutationes, & constitutiones, venenositas hæc in aere cognosci valet, sicuti fuit pestilentia illa, Dauid regnante, vt superius dictum fuit.

Morbi epidemij pestilentis subdiuisio qualis.

** Deus aliquando immediate potest causa esse.*

** Diabolus, Deo permittente, causa pestis esse potest.*

** Pestis à Deo per occultam proprietatẽ aris quomodo cognoscatur.*

EPidemicus postea morbus venenosus à tota substantia non tamen à Deo immediatè immissus, sed ideò enarus, quatenus virus huiusmodi occultæ proprietatis in aere imprimitur, nullã analogiam cum humoribus admittens, sed delaterià, & clã destina veoenositate, vitales spiritus, caloremq; natiuũ resoluit, vndè repentè homines sua naturalia munia exercentes moriuntur,

Pestis à tota substantia non immediate à Deo immissa, qualis?

vt

** Peſtis cur aliquando cum febre, aliquando ſine febre interficit.*

** Venenoſitas cur non eodem tempore ſemper occidit* [illegible]

[illegible] *Epide. ſect. 3.*

vt in non paucis peſtilentijs obſeruatum eſt. * Et quidem proles humana abſquè febre multoties, cum febre ſæpè ociſſimè exanimatur, iuxta caloris naturalis, ſpiritus, cordiſq; roboris cum veneno reſiſtentiam. * Etenim quando cor, calor, & ſpiritus veneno reſiſtunt, aliqua neceſſariò intercidit lucta, vnde febris emanat; at venenum agens potiſſimum cum ſit, citiſſimè tandem vincit, hominemq; perimit; quando verò venenum præ naturalis cordis, caloris, & ſpirituum impotentia, nullam adinuenit paſſi reſiſtentiam, repentè vitales ſpiritus, naturalemuè calorem reſoluendo, vitam abſq; febre arripit, de hac epidemiali conſtitutione * Hippocrates concinnè locutus eſt; hæc etenim a tota ſubſtantia aëris venenoſitas, à malo, & infortunato aſtrorum influxu producitur, vt ſuo loco dicemus.

Morbus epidemicus venenoſus ab [illegible]

MOrbus epidemicus venenoſus, qui à diſcraſia, aëriſq; vitio & in qualitatibus, & ſubſtantia progignitur, nec aſtrologica, nec aſtronomica facultate, ex tempeſtatibus, ſcilicet, ex temporum mutationibus, & inundationibus, alijſquè cauſſis inquinamentum huiuſmodi in aëre producentibus facilè dignoſcitur. Hæc enim epidemialis conſtitutio, cum humoribus analogiam admittit, atque manifeſtis caracteribus ſeſe oſtendit ſimilis bubonariis peſtis, pleuritiſq;

pe-

peripneumonia, Angina, Dysenteria, Paraplegia, Insania, Ceteriis letha[illegible] pal[illegible] [illegible] morbi [illegible] quibus verumque Hippocrates in Epidemijs decla[illegible]. Haec de Epidemicis [illegible] a Galeno & celebrioribus Doctoribus fidelissimè collegimus. Ex quibus luce clarius patet, vagantem * affectum, verè epidemicum [illegible] [illegible] proprie, huius nominis (epidemiae) etymologiam colliemus, quisque facile dicta nostra veriora esse cognoscet: dicitur namque. Epi, graecè, idest supra, sonat, & demos, idest populum, vnde Epidemius, seu Epidemicus morbus dictus est, qui supra populum [illegible] [illegible] popularis morbus etiam nuncupatur, [illegible] populum vniuersum afficit, quia vniuersalem, omnibusque communem, [illegible] similitem caussam admittit, nempe aërem à malo caelorum influxu vitiatum. Quilibet morbus &c, nedum vni, verum pluribus [illegible] [illegible] potest, habet exemplu[illegible] conditiones epidemicus morbus ut à [1] Galeno colligitur, nempe [illegible] homines vno morbo eadem tempestate labo[illegible], & huiusmodi homines non valde conditionis sint, scilicet pueri magis, quam [illegible], magis iuuenes, quam senes, magis mulieres, quam viri afficiantur, sed omnes [illegible] attingat, tam iuuenes, quam senes,

* Morbus [illegible] verè epide[illegible] [illegible]

Epidemiae etymologia, [illegible]

[illegible]

[illegible]

1 lib. 1. de morb. vulg. in prooem.

[illegible]

tàm fœminas, quàm viros, vt ex Galeno habuimus, ex cuius verbis certò cognoſcitur, ſyriaca vlcera verè, & propriè epidemicum morbum minimè eſſe, cum pueros tantum inficiant, & iugulent, rariſſimè verò grandiores, & per conſequens nullis ex morbi epidemici ſubdiuiſionibus antè dictus concordant.

Morbus præſens cur non eſt morbus endemicus?

** Endemic' morbus quis?*

NEC morbus iſte refractarius, Endemius nuncupari poteſt; etenim endemicos * morbus ille eſt, qui cuidam populo, alicuiuè regioni proprius eſt; vndè à Latinis Patrius, Vernaculus, ſeù Regionalis dicitur, vt ſunt Hiſpanis ſtrumæ, Ægyptijs Elephantiaſis, & ſimilibus. Hic enim morbus, licet ab aëris vitio producatur, ab epidemico tamen differt, * quia ille ab aëris vitio, concurrente tamen ſemper infortunato cęlorum influxu producitur; hic verò licet eodem modo generari poſſit, non ſemper; aliquando tamen. * Aliquando etenim à ventis regionem illam dominantibus, auramq; aliquam malam illuc deferentibus, vel ab aliquo maligno vapore à terra, à baratro, à cauerna aliqua, in aërem continuò eleuato, vel ab aquis corruptis, vaporem malum aeri communicantibus, vel à cibis mali ſucci, quibus illius regionis populi aſſiduo veſcuntur, generari ſolet. De hoc morbo diffuſè in Hippocrates locutus eſt,

** Endemic' morbus qua ratione differat ab epidemico?*

** Morbi endemici cauſſa, quæ?*

in lib. de aere, aquis, et locis.

est; quòd si talis endemius morbus est, morbus vtiquè Strangulatorius endemius esse non potest, quoniam nō vni regioni, neque nostræ proprius est, sed in dies grassatur, & modò vnā, modò alteram regionē, & Ciuitatem infestat; quod si endemius Græca locutione in populo dicit, * (ἐν, en, idest, in; demos idest, populo, in populū scilicet) morbus tamen hic vagans, non in populo particulari; sed varios populos, varias Ciuitates, multaq; Regna infestat.

Endemius morbus etymologia quolis.

Neque sporadicum morbus nuncupandus est, cum * sporades morbi, seù sparsi, omnibus communes haud sint, neque eadem in omnibus pariant symptomata, sed etenim * à particulari vitiato humore in quolibet indiuiduo, ab erratis in sex rebus non naturalibus genito, proficiscitur; videlicet in Socrate pleuritis biliosa erit, in Platone sanguinea, in Locretio pituitosa, & in Liuio melancolica: & licet omnes pleuritide laborent, non tamen eadem erit, iisdem symptomatibus associata in omnibus; sed qualibet sua symptomata inducit, iuxta peccantis humoris naturam. At truculentus iste morbus, quos apprehendit, eamdem seruans naturam, eademq; symptomata afferēs cōmunis omnibus obseruatur.

Morbus [illegible] dicitur non est morbus sporades?
Sporades morbus qualis?
Sporadici morbi caussa qualis.

Erit igitur morbus iste Syriacus impropriè Epidemicus, & quidem sub epi-

demicū reponendus, veneuoſus tamen, malignus, & contagioſus; Epidemicum dicimus impropriè, quia, vt probauimus, verè Epidemicus non eſt, ſed quia multas de Epidemico conditiones aſſumit,* nam & pro ſua cauſa vitiatum aerem habet, & eadem tempeſtate morbus idem, & pueros ſimul attingit, & nouilunio, & plenilunio magis exacerbatur, & multis in pueris Epidemicorum morborum more ſeſe oſtendit, vt etiam tempore peſtis obſeruatum, quo & tempore coniunctionis, & oppoſitionis lunæ, vt Galenus notat, violentiores fiunt aeris mutationes, & per conſequens virulentia illa in aere ſopita, & ocioſa, agitatur, inficitque.

Morbus præſēs quibus conditionibus epidemicus dici poteſt.

ADdimus etiam quòd in ſublimioribus partibus ſites habitationes magis infeſtat, ex quibus morbum hunc, vitiatum aërem cauſam habere, certò colligimus, quod & epidemica conditio eſt, quam de Epidemicis affectionibus ſcribentes omnes aſſerunt; ſed quia pueris communis magis, & non omnibus, ideò non verè Epidemicus eſt, poſteà veneuoſus, & malignus, quia plurimos pueros occidere ſolebat.

COntagioſus tandem, vt clarè patet, ſed non contagio fomitis, non contactus, ſed parum ad diſtans, per halitum ex ore inſpiratum inficit. Quid ſit contagium, & quomodo differat præſentis neceſſitatis non

esse certè quod in nostro discursu deprehenditur, ratione contagiosi morbi satis superque diximus.

QVO NOMINE MORBVS HIC nuncupandus veniat. Caput III.

Refractarium hunc morbum Auctores non vno decernendi, diuini ingenij [illegible] lerti, qui omnibus mentis acie considerantes, ei nomen indidere; aliqui pestilentem Anginam, aliqui morbum gulae, alij anginosum carbunculum, quatenus instar carbunculi crustam gignit, alij aphtas malignas, alij igneum gulae vlcus (adeo enim ex hoc vitiate puerorum gula excandescit, vt miseri ignem ex ore inspirare videantur) alij Perniciosum vlcus, alij tandem Chironium vlcus vocant, quatenus videlicet rebelle hoc vlcus, medicamina omnia spernat, vt tempestas nostras ad eius curationem, [illegible] menti, & medicamentis Chironis egeat.

Sed verum dicta haec nomina, quid esse sit, haud explicant: nam qui grassantem hunc morbum (quatenus suffocatione pueros, vt plurimum enecat) pestilentem Anginam nuncupant, non inanes fuerunt

qui-

quidem, toto cælo huiuſmodi affectus inter ſeſe differre, nam licet ambo vias reſpirationi inſeruientes intercludendo, ſuffocent; eſſentialiter tamen differunt, cum Angina (* Galeno docente) gutturis, ſeù faucium inflammatio ſit. * Inflammatio enim tumor præter naturam eſt, à fluxione ſanguinea genitus, hic autem affectus, vlcus tonſillarum eſt, vlcus enim tumor præter naturam non eſt, vt Phlegmon; ſed cum Galeno * continui ſolutio ab interna cauſſa ex eroſione proueniens, ad * differentiam vulneris, quod licet continui ſolutio cum ſubſtantiæ defectu, ſicuti vlcus exiſtat, à cauſſa tamen externa, ſiuè incidente, ſiuè contundente ſit. Itemq; peſtilentialis angina, cum phlegmon cachoete gutturis, ſeù faucium ſit, morbus ob id duplex, in aucta magnitudine, ſcilicet, & in intemperie. Hic autem morbus, cum vlcus tonſillarum cachoete ſit, triplex etiam morbus exiſtit, in ſoluta vnitate videlicet cum deperditione ſubſtantiæ, in intemperie ratione inflammationis vlcus ambientis, & in aucta magnitudine ratione ipſius inflammationis, viam reſpirationis, & deglutitionis intercludentis. Qui morbum gulæ dicunt, genericè, & equiuocè loquuntur; qui vero anginoſum carbunculum appellant, non vnitioco nomine vſi ſunt, quia licet ſub forma carbunculi ali-

o Primo de locis affect. c. 6 & 4. eiuſd. c. 3 & 4. aphor. 34 & alijs in locis.

** Inflammatio in quo differat ab vlcere.*

p lib de cauſ. morb cap xix. de conſtit. art c. 6. lib 3. meth. c. 4. & 4 meth. c 1.

** Vlcus in quo differat a vulnere.*

quan-

quando apparens, non tamen semper, sed vt plurimum, sub forma sordidi vlceris ostenditur. Qui malignas aphtas hunc morbum nuncupant, mentis oculos nocturnos admittunt, cum communis q Galeni, r Celsi, f Aetij, & aliorum extet sententia, Aphtas parua vlcera, externam oris superficiem obsidentia esse, istius autem morbi vlcera profunda, lata, sordida, & crustosa tonsillarum, & columellæ sunt. Qui ignitonoma nominant, poeticè loquuntur. Qui tandem vlcus Chironium, metaphoricè id promunt.

Sed ex Auctoribus nemo peculiare nomen morbo huic magis indidit, quàm Aetius, & Areteus Cappadoces. t Aetius enim hunc morbum vlcera crustosa, pestilentialia tonsillarum nominat; quæ denominatio, licet bona sit, & per crustosa vlcera, & ea, quæ crustam habent, & sordentia, etiam intelligat, rigorosè tamen omnia, quæ hoc in morbo obseruantur, minimè comprehendit.

Areteus u postea magis appositè morbo huic nomenclaturam præbuit, x appellauit siquidem morbum hunc Syriaca, & AEgyptiaca vlcera, quatenus endemicus, & patrius morbus illarum regionum existat, & dum morbum hunc ita nominat, omnia, quæ sunt illi propria explicat: etenim in AEgypti, & Syriæ Regionibus, hic morbus

q de compos. med. per loca, cap. 4.
r lib. 6. cap. 1.
f lib. 8. cap. 39.

t lib. 2. serm. 4. cap. 46.

u lib. 1. cap. 9.
x Verum nomen istius morbi, quale.

ton.

conſiſtas aliquando ſub forma carbunculi, aliquando vlceris ſordidi, lati, caui, & ſerpentis, aliquando cangrenoſi, ſphacelloſique vlceris peſtilentis alicui infeſtantis. Hæc quidem veritas magis elucescit morbi Gallici exemplo, quem ita nuncupamus, quatenus Galli, vt recenſet Fracaſtorius, dum ſub Carolo Rege Neapolitanum Regnum occupabant, ſiue hac fuerint primitus infecti, vnde morbi Gallici denominationem accepit, qui morbus, quando hic varijs modis humanum corpus obſidet, modo enim vlcera, articulorum, tumores, ac fluxus periculoſos in mittens, articulorum dolores, perioſtiorum cruciatus parit, aliquando in vlcera cruſtoſa, & lata collocat corporis erumpit, multotiens pudendorum cariem inducit, Gonorrheam virulentam generat, dolentes ſtrumas producit, morpheam, & depilationem calui ſe rugandes gignit, oſſa cariat, dentes excutit, & multa alia, quibus Syphilide affecti afficiuntur, quæ tamen omnia breuiter ſub morbi Gallici nomine tribuuntur; ſed dum ſyriaca vitem dicimus, varios modos, quibus hoc illic in Regionibus & diuerſis modis morbus hic humanum genus inuadit, vbi eo verbo explicamus.

* Morbus Gallicus vnde dictus.
x lib. 2. cap. 11

* Morbus Gallicus quæ ſymptomata pariat.

MOR-

MORTIFERI HVIVS MORBI *caussæ, exploduntur.* Caput. III.

NON equidem miror si hucusquè morbus iste incurabilis, & immanis exstat, cum vera eius caussa adhuc cognita minimè sit, quâ aberrata, manca, & inutilis curatio necessariò contingit. Videamus igitur quęsò de huius morbi caussis Scribentium nónullorum sententias, antequam veram propalemus.

Caussa morbi huius ad astra particularia cur referenda non est.

Confugiunt aliqui circa caussarum assignationem, ad particularia quædam Astra: dicunt enim hunc morbum fieri, quando Mars, & Saturnus, prius in signo Tauri commorantes, transeunt postea ex Tauro signo ferino ad Geminos, signum humanum, & puerile, vndè pueri molestiam consequuntur, at verò in gula afficiuntur, quia Taurus est quoddam signum secundum corporis membrum, nempè collum, respiciens. Quæ assignata causa multis modis vana, & inutilis est, quia si verùm est, Solem, Lunamuè diuersis sub temporibus, signa Zodiaci omnia percurrere, sic etiam Planetarum cursum semper fieri, necessariò

 con-

Digitized by Google

conſequitur, hoc in noſtro Emiſpherio cō-tigiſſe multoties, Martem, & Saturnum, in Tauri ſigno commoraſſe, & à Tauro ad Geminos tranſigiſſe, & tamen pauci ſunt anni, quando noſtris in regionibus, morbus hic debacchari incepit, adeò vt morbus nouus ab omnibus nuncupetur; licet nouus haud ſit, vt ſuperius probatum eſt. Secundò quando hac in noſtra Ciuitate affectus hic ortum duxit, huiuſmodi ſignorum prædominium minimè erat. Tertiò pueros ſolum, & non ætate prouectos lue hac inquinari conſpiceremus: quod contrariò euenit, cum & grandiores hac labe affici videātur, licet vt plurimum pueri. Quartò * tandem, non poſſum non ridere, huiuſmodi Doctores totam vim cauſſæ Aſtris immediatè referre conſiderans; licet enim Cęli, & Aſtra, in hæc inferiora influant, non immediatè quidem, ſed mediatè per aërem nempè influunt; quatenus aëri ipſi malos influxus communicent, eiuſq; temperiem diſcraſiando, malam qualitatem producant; qui poſteà aër neceſſarius nobis, & contiguus, diſpoſitis corporibus, malam illam qualitatem impartitur, humores contaminat, morboſq; progignit; hinc fit, vt vitiatus aer immediatè corpus malè afficiat, mediatè tū Aſtra.

** Aſtrorum influxus, cur immediatè corpora non afficiant?*

ALiqui tanquam potiſſimam huius morbi cauſſam, capitis deſtillationem

aſſi.

aſſignant, adeò vt in cerebro, tanquam in minera, materia acris, mordax, venenoſa, & contagioſa congeratur, qualis ad huiuſmodi vlcus peſtilentiale conſtituendum requiritur, concurrente tamen mala aëris qualitate. * Sed neſcio quomodo venenoſa hæc aeris lues, cerebri robur diſcraſiare, & venenoſam hanc, erodentemq́, materiam abſquè ipſius cerebri læſione generare valeat? Etenim ab iſtius materiæ venenoſæ congerie, cerebrum ipſum non inflammari, & ſphacelari quid obſtat? ſi a quacumquè fluxione, & humoris raptu cerebrum afficitur, quomodo ab huiuſcemodi humoris congeſtione non læditur? Plurima enim exempla, veritatem, hanc oſtendentia in medium adducere poſſem, ſed vnico tamen vtar, quod de Clazomenio y Hippocrates retulit [Clazomenium (inquit) qui iuxtà Phrinichidæ puteum decubabat rigor inuaſit, & primò illi caput, collum, & lumbi dolebant, ſtatim ſurdus effectus eſt, ſomnis carebat, præcordia in tumorem attollebantur, contentio parua, lingua arida, die quarto de nocte deſipuit, quinto cum labore omnia ingraueſcebant, deiectiones ab initio ad diem vſq́, decimum quartum multæ, tenues, aquei coloris, ſubdit deindè, ſeptimo decimo iterum tenues, ſecundum vtramq́; aurem tumor cum dolore, nulli

* Huius morbi cauſa, cur non ſit ſcaputus deſtillatio.

y primo de morb. vulg. com. 3 tex. 27.

erant ſomni, delirabat; crura illi dolebant; & ea quæ ſequuntur.

VErùm res Clazomenij non ſicco pede examinanda venit. Scire etenim conducit, Clazomenium non fuiſſe morbo ſporadico, ſed Epidemico affectum, & quidem illius tempeſtatis ab z Hippocrate deſcriptæ in qua totus annus humidus, frigidus, & aquilonius fuit, vbi, vt a Galenus notat, aër de naturali deflexerit temperamẽto, & vulgares morbos progenuit; multoſuè infirmos induxit, inter quos fuit Clazomenius, qui à primis diebus in tot, tantauè ſæuiſſima incidit capitis ſymptomata, in quo doctiſſimus b Mercurialis hæc notat, cuius talia ſunt verba. Putredinis verò focum habuiſſe in hypochondrijs, atquè etiam in ipſo capite, quod antè debile extitiſſe ſuppoſuimus, ſymptomata illius grauia docuerunt, etenim dolor capitis, colli, ſurditas, atquè vigiliæ, haud aliundè potuerunt ità ſubitò, & impetuosè proficiſci, quam à materia morbifica in cerebro putreſcente, ſimulq; & membranas, & neruos lædente; net non aurium, ſiuè meatus, ſiuè autem implantatum violare * namquè ſiunt dolores, & affectus in capite per conſenſum, id habet, vt non ſint perpetui, nequè continui, quemadmodum luculenter docet Galenus primo de locis affectis, at in Clazomenio

z lib. 1. epidem. comm. 2. tex. 5.

a In comment. c uſd. tex.

b Hiſtoria 10. prælectionum ſeorſum.

* *Capitis dolor perpetuus eſt ſignum læſi capitis per eſſentiam.*

non

non solum fuere continua, verùm etiā in dies magis acerbiores vsque ad vndecimam excreuere, & quod grauius apparet, alui fluor, qui debebat prodesse, si fuisset per consensum, nec abstulit symptomata, nec leniuit. Hæc Mercurialis.

Cui sententiæ addo etiam, veritatem hanc, parotidarum post aures 17. die extuberantiam confirmasse,* qui post aures tumores à materia ex cerebro, siue expressa, siue expulsa proficiscuntur.

* Parotides quomodo fiant.

Considerandum insuper in Clazomenio, cui in cerebro putrescentis materiæ focus inerat, à primis diebus se in ardentissimam febrem ignem appellatam ab Hippocrate pessimaq; symptomata incidisse, quæ postcà putrescens materia ad proprium emunctorium, nempè post aures, à cerebro expulsa quidem est. * Omnibus ex his igitur colligimus, materiæ maleficæ congestionem in cerebro, læthalia symptomata inducere.

e loco citato.

* Materia malefica congestio in cerebro lethalia symptomata inducit.

Verùm enim verò * cerebrum læsum, irritatum quali, vel oppressum quanto, sese sibi nocuo exonerari cupiens, illud quidem exprimere, vel expellere ad proprium emunctorium, vt plurimum non desinit, vt in peste etiam obseruauimus, quando videlicet in cerebro pestilentis materiæ focus extiterat, aliquando verò cerebri facultatem expul-

* Materia collecta in cerebro ad proprium emunctorium, vt plurimū, expellitur.

Materia deſcendẽs à cerebro cur non ſemper vnam partem petat?

d Primi epid. comm. 2.

* expultricem irritari, vel opprimi admodũ contingit, vt peccantẽ materiam regulare, & ad emunctorium proprium dirigere nõ valens, ad alia debiliora, & ſibi ſubiecta loca tranſmittat, & non quidem ſemper vni determinatæ parti, nam ſi vni infirmo ad fauces, alteri ad palatum, alteri ad oculos, aliaq; loca materia deſtillans recurrit, vt re vera ea in tempeſtate ab d Hippocrate deſcripta clarè colligitur; etenim ab intemperato aere hominum cerebrum debile prius redditum, vitium contrahebat, maleficam poſteà materiam congerebat, indè putredinis focus erat: nec non cùm per ſe patiebatur, cupiens tandem ſe exonerare, ad emunctorium, vt in Clazomenio; vel ad alia loca ſibi ſubiecta, & debiliora, materiam morbificam expellebat. Aliquibus enim in eadem conſtitutione in oculis decubuit materia, & dolorificæ, humidæ, & crudæ lippitudines manare cœpere, vt in textu 6. eiuſdem libri colligitur. in aliquibus deſtillabat nocuus humor ad muſculos, & neruos, & conuulſione, maximeq; pueros ab initio tentabat, vt in textu 23. habetur; in aliquibus materia illa venenoſa ad pulmones deſtillans ferinas tuſſes progignebat, vt in textu 31. deſcribitur: quibuſdam in articulos, in coxendicem præſertim materia illa decurrebat, vt in textu 38. exprimitur: & hic

& ſic hoc ipſa clarius liquet, deſtillantem à capite humorem, ſemper partem vnam minimè ſinire.

Reuertamur igitur vndè noſtra fluxerat oratio, in hoc igitur morbo, cerebrum nō primariò læſum videtur, vt veneſicij humoris deſtillantis ad fauces, focus conſtitui poſſit, quoniam a primis diebus ægroti in ardentiſſimam febrem determinatā, ſymptomata nō incidunt, in quæ Clazomenius, aliſquè epidemialis illius conſtitutionis ægroti delapſi ſunt, ſed vt plurimum, morbus hic,* vel abſquè febre, vel cum leuiſſima incipit, perquè duos, treſuè dies raucedo, atquè aſperitas quædam leui cum inflammatione coniuncta apparet, quæ pedetentim creſcens, vlcus conſtituit, indè febris, & ſymptomata aduenîunt, qualia ſuo loco dicemus. Secundò cacoethe vlcera in morbo hoc, partem vnam ſemper exercent, Tonſillas nempè, quaſi cerebrum alia loca haud admitteret, vbi noxiam materiam traſmittere valeret, ac ſi voluntatis nutu procederet, & quaſi particulas illas ſemper afficere vellet; ſed res ita minimè ſe habet, quia a cerebro noxia materia in internas partes deſcendens, in debilioribꝰ locis decumbit, atquè recipitur, hinc non ſemper ad paristhmia, ſed in alias etiam loca debiliora, recurrere deberet, vt probatum eſt;

* Morbus hic aliquando abſque febre incipit.

Quæ

Quæ etiam veritas confirmatur, ex conſtitutione Epidemiali, tertio epidemiorum, commento tertio, vbi videtur expreſſe, in quibus ora aphtis vitiata fuere, febris ardens, & phrenitis præceſſere, nam vt [c] Galenus notat, Phrenitis, à materia biliosa, malefica, caput petente generabatur, quæ indè in os deſcendens, malignas Aphtas producebat. Hinc notandum, caput prius læſum eſſe phrenitide, & aphtas ortum ex indè duxiſſe, quod in hoc morbo haud obſeruatur. Cauſſa ergo, peſtifera hæc vlcera in Tonſillis conſtituens, non materia à cerebro primitùs deſcendens, ſed indaganda aliundè venit; poteſt tamen cerebrum ratione vicinitatis ad locum affectum humorem fouentem coniunctam cauſſam transmittere, ſicuti, & cæteræ corporis partes.

[c] Tex. 21. eod. lib.

Aliqui, cauſſam ſyriaca vlcera producentem, a toto prouenire arbitrantur, quatenus venefica, prauaque illa materia, ab aere vitiato per venoſum genus tranſpirante, maſſamque ſanguineam contaminante, generetur, qui corruptus, igneusque & ſepticus humor, indè è naturales tonſillas tranſmiſſus, peſtilentiale vlcus progignat. [illegible]

Quæ ſi opinio occulta nobis videtur, [illegible]

* Cauſſa producens hunc affectum cur non à toto prouenial.

in

* in corpore materiam, generari non posse, quæ febrem statim haud inducat, & tantò validiorem, quantò putredo in venis congenita in se prauitatem obtinent, ex quo manifestò colligitur; febrem prauam, & continuam primò accendi debere; vti in alijs epidemialibus constitutionibus obseruatur. Verùm cum morbus hic dirus, absq; febre, vel cum leuissima, vt plurimum incipiat, meritò caussam ab interno haud prouenire arbitramur.

Putrescens materia in corpore, statim genita febrem parit.

QVod * si materia illa virulenta in venis congenita, ad tonsillas influat, cum animata non sit, ab intrinseco ob id sui ipsius motu influere nequit, sed quidem a natura, & quantò, & quasi irritata ad extima, debiliora, & à visceribus distantiora loca expellitur; vt in bubonaria peste, variolis, alijsq; obseruatur vel saltem natura quantam, qualemq; materiam hupulsam regulare nequiens, ad debiliores partes depellit, quæ ab accurato Medico assignari minimè possunt, sicuti in hoc morbo de tonsillis assignant; eo quia * natura, vt diximus, intellectus lumine, & discursu minimè operatur, sed intrinseca virtute omnia ad sui ipsius conseruationem optimè molitur, hinc quæ bona sunt appetit, & attrahit, queuè sunt mala expellit hinc quæ sunt sibi analoga, & familiaria in sui substantiam

Humor fluens cur per se non mouetur.

Natura in expellendis noxijs humoribus quomodo operatur.

E con-

conuertit, quæuè ſibi contraria ſunt minimè amplectitur, ſtirpium more, quæ à terra ſuccum ſibi familiarem pro earum nutritione alliciunt, & non ſibi proportionatum reſpuunt. Natura igitur quando noxium humorem expellit; virtute quidem intrinſeca expellit, * hac tamen intrinſeca lege, vt quando dominium ſupra materiam peccantem habet (tunc * enim pauca, & benigna, vel concocta eſt) eam ad naturalis loca circumferentia, iuxta materiæ diſpoſitionem expellat, nampè, quando materia * ſeroſa eſt, quia tenuis, & leuis eſt ſuperficiem ſuaptè natura petens, per cutim expellitur, * ſeroſa deindè materia, ſi in venis cutaneis maior portio ſuperfluat, calore videlicet ambientis aëris attracta, vt in æſtate contingit, per ſudorem eam euacuat. Si verò in centro, magniſq; venis, maior eius portio conſequatur, vt in hyeme præ aëris ambientis algore cutim conſtipante contingit; eam quidem per vrinam expurgat, hinc factum eſt, vt * æſtate plurimum ſudemus, minuſuè mingamus, * hyeme verò lotij plurimum, ſudorifici humoris minimum emittamus. Sic natura humores cæteros, ſi per canales inteſtinis reſpondentes diſpoſitos admittat, per inteſtina quidem expellit; & eadem ratione ad emunctoria, aliaquè, ad expurgationem deſtinata loca ſe habet: & hac

** Natura benè operans quò materiam peccantem expellat.*

** Natura quando materiam dominatur.*

** Humor ſeroſus per quam viam naturaliter expellitur?*

Humor ſeroſus per quam regionem naturaliter excernitur.

** Æſtate cur magis ſudamus, quã mingimus?*

** Hyeme cur plurimum mingimus, quam ſudamus.*

hac ratione Galenus, expresse Medicum, in operando oculatissimum esse debere docet, nè fortassè naturæ actionem impediat, nescit enim (dicebat ipse) Medicus qua via natura causam morbificam excernet, vt si fortassè per sudorem caussam peccantem ad expulsionem dispositam habeat, & inconsultò Medicus pharmacum instituat, eo tunc naturæ benè operantis actionem, non sine maximo ægrotantis discrimine, impediet; natura igitur optimè operans, morbificam caussam, per loca sibi destinata euacuat.

Qvando vero * natura, symptomaticè operatur, in errorem incidit, vel quia copia opprimitur, vel mala qualitate irritatur, vel ambabus afficitur, eo enim tempore caussam morbificam mouet, quam posteà præ sui copia, & mala qualitate regulare nequiens, & malum succedit, transmissionem nempè peccantis materiæ ad loca non destinata, nobilioraquè membra, vndè pessima accidunt symptomata, in quo motu symptomatico, * natura, cum morbificæ caussæ subiaceat potius, eam determinatæ vni particulæ transmittere non valet: nam si hoc esset, dominium supra caussam admitteret, eamquè, non ad membra sua valetudine fruentia trasmitteret, sed ad canales, ad excrementorum

* Natura qua ratione symptomaticè operetur.

* Natura in actione symptomatica cur non potest ad determinatam particulam materiã expellere.

corporis euacuationem deſtinatos depelleret, verum enimuerò in ſymptomatica eius actione hoc modo procedit. Natura *humoris peccantis ſarcina oppreſſa, vel mala qualitate veluti ab acutiſſimis calcaribus puncta, & irritata, ſeſe exonerare, atquè à ſtimulo illo moleſto vindicare cupiens, eiusdemq; cauſſam, tanquam ſub onere preſſa, regulare non valens, ad partem viciniorem tranſmittit, pars illa vicina robur habens, haud recipit, ſed illam ad partem ſibi propinquiorem impellit, vndè ab vna, in aliam partem morbifica cauſſa repellitur, quouſq; pars aliqua debilis adinueniatur, in qua ipſa recipiatur, & nouum cõſtruat affectum, hinc in actione ſymptomatica, naturam, ſuo nutu non poſſe peccantem materiam, ad vnam determinatam particulam remittere, clariùs liquet. Hæc etenim veritas, exemplo conſtitutionis illius ab f Hippocrate deſcriptæ, Sole fulgidior apparet: vbi præcipuè, a textu octauo, vſq; ad trigeſimum ſecundum, totum annum auſtrinum, & lenem fuiſſe innuit, & ante Ver, cum frigoribus, atrociſſimum, & lethiferum affectum apparuiſſe, per totum Auctumnum quidem perdurantem, in quo ardentiſſima cum febre, lethalibus ſymptomatibus coniuncta, ſacer ignis frequens, multoſq; interimens erumpebat, erat enim ſacer ignis

Natura in actione ſymptomatica quomodo procedit?

f 3. epid. comm. 2.

adeò

adeò venenosus, septicus, & violentus, vt partem quam inuaserat, nedum statim in cangrænam, & sphacelum duceret, verum & carnem denudaret, & multoties ligamenta, neruosq; secando, membra deciderent; vt in aliquibus brachia, in aliquibus crura integra cecidisse diuinus Senex obseruarit.

SAcer igitur iste ignis à materia venenosa, & excedente generabatur, quæ, vt notat g Galenus à vitiato aere in venis progenita erat, & à natura foras indè transmittebatur, quæ materia sacrum ignem constituens, non ad vnam determinatam partem erat expulsa, vt suo loco videre potestis, sed in aliquibus quidem in faucibus, sacer ignis, in aliquibus in mandibula, in aliquibus in brachijs, in aliquibus in cruribus, alijsq; tandem in partibus apparuit, quod considerans h Galenus his mellifluis verbis illustrauit [Memineris etiam hanc communem rationem ab eodem statu, genitum omnibus putrem humorem, non easdem insidere partes, quod nec per naturam omnium in eadem conditione corpus esset eo statu, sed esset alia, alijs pars infirmior.] Hinc patet non posse naturam, tàm criticè, quam symptomaticè operantem, ad determinatam vnam particulam, cunctis in mortalibus, eadem epidemica tempestate laborantibus, noxiam materiã transmittere:

& ideò

g 3. Epid. cõm. 3. tex. 9.

h 3. Epid. cõm. 3. tex. 12.

& ideò cauſſa vlcera hæc lethifera ſemper in faucibus, & in tonſillis præcipuè conſtituens, non ab influxu venenoſæ, & erodentis materiæ à venis proueniente, exiſtimanda venit, ſed aliundè originem trahere fatendum eſt.

IMMEDIATAM SAEVISSIMI huius morbi cauſſam, vitiatum aerem eſſe demonſtratur. Caput. IV.

SAtis credo probatum, huius morbi cauſſam internam, ſiuè à cerebro, ſiuè à toto tranſmiſſam haud eſſe; ſed externam quidem eſſe, nempè vitiatum aerem, lethiferum hoc vlcus in faucibus immediatè conſtituentem: certò cognoſcimus; etenim id 1 Aretæus inſinuare voluit, quando compendioſis verbis dixit, ideo Scytiam, & AEtiopiam, aſſiduò morbum hunc incolere, quoniam ſicciſſimæ regiones ſunt, & aerem ſiccum homines aſpirando attrahunt, quo in loco notandum, * ſiccitatem non immediatè, & vt cauſſa coniuncta, tonſillarum vlcera cacoethe generare, ſed mediatè quidē, antecedit enim cauſſam immediatā, & coniunctam vlceris; quam eadem ipſa

ſic-

1 *lib. 1. c. 9.*

* *Siccitas non eſt immediata cauſſa morbi huius, ſed mediata, & cur?*

siccitas in aëre producit; etenim siccitas, cum simplex qualitas sit, partem erodere, excoriare, excarnefacere, vlceraquè cacoëthe, profunda, & sordida, inducere nequit, corpus enim corpore conceditur; necessè est igitur, vt corpus aliquod in aëre existat (a nobis * inquinamentum, & vitium dictum) quod vrendi, erodendi, putrefaciendiq; vim obtineat a siccitate tamen in ipsomet aëre genitum.

* Aëris inquinamentum est immediata caussa morbi huius.

SEd quomodo siccitas ipsa simplex qualitas corporeum inquinamentum, atomosq; corporeos, ignivomos, septicos, erodentes, & venenosos in aëre producere valeat, quæsò ad altiorem philosophiam animum nostrum euocemus.

* Siccitas quomodo atomos venenosos producentes hunc morbum generat.

QValitates * simplices, quæ nostro in sublunari orbe vigent, si moderatæ existunt, ad naturalia quæq; producta seruanda plurimum valent; * Caliditas enim confortat, viuificat, actiones, virtutesquè omnes ad operandum excitat, * Frigiditas vnit, attemperat, atquè fortificat. * Humiditas resistit, pabulum præbet, vitamq; cuiusuis compositi, instar ad lucernam olei, conseruat. * Siccitas tandem solidat, confortat, putredinem fugat, corruptelamq; arcet.

* Qualitates simplices moderatæ quomodo res generatas conseruant.
* Caliditatis moderatæ vtilitates, quæ?
* Frigiditatis moderatæ virtutes, quæ?
* Humiditatis moderatæ virtutes, quæ?
* Siccitatis moderatæ vtilitates, quæ?

CVm tamen qualitates hæ immoderatæ fiunt (possunt enim à cęlesti influxu, astro-

& aſtrorum aſpectu intendi, & remitti) maximum detrimentum afferunt, verum enimuerò immoderata * caliditas inflammat, robur, ſpirituſq; diſgregat, actiones, virtuteſq; omnes ad operandum hebetat; *Frigiditas cuiuſq; rei calidum], ſpiritus inſitos, robur, virtuteſq, extinguit. * Humiditas emollit, relaxat, & ad corruptelam diſponit. * Immoderata tandē ſiccitas, intimiora rei genitæ penetrans, viridum ſubſtantificum exterminat, radicale humidum exiccat, adimit, vitam amputat, omniaq; in puluerem redigit. Equidem nihil eſt in mundo, ſiuè elementum ſit (præter ignem) ſiuè ex ipſis compoſitum, quod ſiccitas non deſtruat, eiuſq, roridum, humidumquè non exiccet, terreſtrem portionem non vrat, ſin ſalſum tandem, & nitroſum non vertat, in terra enim quid ſalem, quid nitrum, quid nitroſa, ſalſa, & amara omnia generat, niſi ſiccitas? quid animalium omnium veterum, carnes nitroſas reddit, niſi ſiccitas? quid etiam niuem veterem, ſicuti vetuſtam carnem * nitroſam, & rubicundam reddit, & vt k Plinius inquit aquilonarem præcipuè, niſi ſiccitas? & licet aliquando vetuſta nix rubra, vt inquit l Ariſtoteles, rubros, piloſoſquè vermes generet, obidquè aduerſus Plinium cautilloſus aliquis, vetuſtam niuem, nitroſam haud eſſe, inuehere poſſet, nix

** Immoderatæ caliditatis damna quæ?*

** Frigiditatis immoderatæ noxa quæ?*

** Humiditatis immoderatæ detrimenta quæ?*

** Siccitatis immoderatæ nocumenta, quæ?*

** Nix vetuſta cur rubra, & nitroſa?*

k lib. 7. c. 2.

l 5. de hiſt. anim. c. 19. & lib. 2. de plantis.

tamen (respondet his verbis m Aristoteles) non exijt progressum hunc, nisi alia quoque caussa illi adiuncta sit, & * quod nix descendit nonnunquam fumo similis, & congelat ventus illam, adstringitque aer; est tamen fatitas inter partes eius, remetur enim in ipsa aeris aliqua pars calidi, remanetque inclusus, crassescit, incalescit, & putrescit, vndè vermes generantur. Notat tamen Plinius hanc fumosam * niuem ab Austro, & Meridie fundi, ideò humidiorem aerem, pinguiorem, calidum, & putrescibilem includere, quæ vero ab * Aquilone funditur, præ valida eius siccitate compressior descendit, aeremque minimè includit, solum tamen * præ siccitate rubescit, nitrescitque. Et si de aqua salsa loquamur, quid * maritimas aquas, quid lacuum, fluminumq; quamplurimas in salem vertit, de quibus plura Plinius, nisi siccitas? Si tandem in [illegible] primitur, salsedinem, & nitrositatem quandam producit, sed quomodo in aere id fiat, intelligite quæso.

m 2 de Plantis.

* Nix vetusta cur vermes producat.

* Nix australis fumosa est, et ideo vermes generat.

* Nix aquilonia vetusta cur vermes nō generat,

* Nix aquilonia vetusta cur rubra, & nitrosa?

* Aqua maritimæ, & multæ etiam lacuum cur salsæ

[illegible]

Aer * vt purum elementum (& omnia alia elementa) cum simplex corpus sit, imputrescibilis est, quod si putrescere dicatur, ob alienam substantiam putrescere creditur; dixi quidem (putrescere dicitur) quia * elementa re vera minimè putrescunt, quod tamen sibi alienum impressum. Ve-

* Siccitas quomodo salsedinem, & nitrositatem in aere producat?

* Elementa quomodo dicantur putrescere.

rùm enimuerò ſcire conducit, elementa, quibus nos vtimur, impermixta, ſimpliciaq; haud eſſe, ſed aliena, & putreſcibili ſubſtantia ſecata, obidq; terræ, & aquæ conſiderationem omittendo, ad aerem ſolum, in quo huius morbi mortiferi veneficam cauſſam adinuenire percupimus, ratiocinium noſtrum dirigamus.

Aër in regione, quæ nos ambit (reliquifacio ſecundam, & tertiam, in quibus metheorologicæ impreſſiones, actioneſuè fiunt) impurus admodum eſt, qui calorifica Solis virtute attrahentis, omnium vaporum ſuſceptiuus quidem eſt, tùm à prima terræ inquinatiſſima regione eleuatorum, tumq; à ſupremis regionibus ſibi impreſſorum, quorum pars craſſior tanquam ad aſcendendum ineptior, in ipſa aliquandiù ſeruatur; quo * vſquè, vel ab eodem Solis calore diſcutiatur, vel a ventis, pluuijs, procellisuè refrangatur, diſſoluatur, vel aliundè transferatur, & ſic huiuſcemodi eleuationis, diſcuſſioniſuè vaporum viciſſitudo continuò fit. Vapor igitur iſte, dum in aere ſeruatur, aliquando putreſcit, omniquè mala qualitate infici poteſt, ſibi quidem impreſſa, ab inducta intemperie in aëre, atquè a cœli, aſtrorumq; maligno influxu genita, quæ potenter conſtitutionem illam, & aeris diſcraſiam producere valent, in quo aere per ſe

** Aer quomodo à vaporibus putrificatur?*

se imputrescibili, cum vapores à terra eleuati adinueniantur, iuxtà intemperiem, malamq; constitutionem in aëre inductam vitiantur, putrescunt, impressionemq; malignam recipiunt; vt cum aër nobis contiguus sit, ad respirationis vsum simpliciter necessarius, ob id mortalis ipsum attrahere necessariò cogitur, in quo, cum vapores maligni iam redditi seruentur (& hoc est * inquinamentum, labes, & vitium, quod est in aëre malignos morbos producens) simul cum aëre ipso ad respirationis vsum ingredientes, mortales morbos generat.

* Inquinamentũ aeris quod.

Siccitas igitur in aëre præualens, vaporē à terra ibi adinueniens, ab eius humiditate primò exuit, partem eius terream exindè adurit, * qualitatem in eo salsam, & nitrosam introducit ad venenosam virtutem recipiendam disponit, tandemq; à maligno cœli influxu, qui eamdem siccam constitutionem induxit, in disposito ipso vapore; delateria forma introducitur, qui deindè vapor ità exiccatus, & nitrosus redditus, in cineremq; ferè conuersus, in minutissimos, insensibilesq; atomos conuertitur; qui per aërem indè euolant, & seruantur, & licet posteà discutiantur, vel aliundè à ventis transferantur, nouus semper datur exortus. Vapores enim à terra ad aerem eleuatos in nitrositatem, & salsedinem verti, ex

* Nitrositatis in aere generandæ modus qualis

parietibus, rupibusuè ad Septentrionem pertinentibus, qui nitro abundát, manifeſtò fit. * Septentrionalis namquè regio ſicciſſima cum ſit vapores exiſtentes in aere nitroſos reddit, quia ventis poſteà agitati aquilonaribus, præcipuè in parietes, & rupes expulſi impingunt, magis exiccantur, & fit nitrum. Et * ideò in habitationibus eminentioribus, vbi ſiccitas præualet, atquè vbi Thermæ ſunt morbus hic immanior obſeruatur. Colligamus igitur ex hac, licet longa, neceſſaria tamen digreſſione, fragmenta, ne pereant. * Cauſſam nempè dixi huius morbi vlcera hæc venenoſa producentem, vaporem, ſeu atomos, corpuſculaue ſalſos, nitroſos, & venenoſos in aere, præ immoderata ſiccitate genitos, exiſtere.

* Nitrũ in parietibus, & rupibus ad Septentrionẽ ſpectantibus quomodo fiat.

* Morbus hic cur in eminẽtiori habitatione magis ſæuit.

* Morb' hic cur in locis termalibus magis lædit.

* Cauſſa vera huius morbi qualis.

SEd quomodo vapor hic maleficus vlcera hæc maligna in tonſillas, præcipuè in columella, & faucibus aliquando conſtituat; clariori Minerua explicandum eſt, ſimplici tamen præmiſſa hypoteſi.

PRimo vapores iſti in aere vagantes, ſalſi, & nitroſi exiſtunt, ideoquè ſalis, & nitri facultate præditi * ſunt; ſal enim, & * nitrum, præceptore 2 Galeno, ignea, acri, & mordaci facultate in ſuperficie pollent, in profundo ſubſtantiæ eius compreſſoria, atque ſuffocatoria virtute conſtant, & præualent.

* Sal qua virtute polleat.

* Nitrũ qua virtute præditũ ſit.

2 lib. de ſimplic. med. fac. cap. de ſale, & nitro.

Se-

SEcundo vapores isti, venenosi sunt, id contagium, curationis difficultas, cunctis ferè in ægrotantibus mortis prædominium, & celeritas ipsi inesse videntur.

TErtiò, tonsillæ,* a Græcis parasthmia ideò nominatur, quatenus ante asthmum collocatæ sunt, crassiori,* quidè tunica, quam columella, ceteræq; faucium partes vestiuntur, quoniam primas aeris repercussiones recipiunt, immò aliquādiu in ipsis retinetur aër, ne ita frigidus, & impurus permeet ad cor, & pereat animal, & hac ratione tonsillæ,* membranis quibusdam lateralibus a linguæ radice palatum versus alligantur, ut quædam veluti caverna ad arcæ similitudinem construatur, hinc factum est, ut aliqui Anatomici tonsillas arcam, aerisquè repositorium appellarint, & modo vitium morbum hunc generans, in aëre latitare intelligo, cum tonsillas, quæ primas aeris repercussiones, & detensiones recipiunt, pati semper videam. Cognitis igitur istis stabilibus principijs istius morbi generationis modus, talis necessariò contingit.

* Tonsillæ cur parasthmia dicantur?

* Tonsillæ cur crassiori tunica vestiuntur?

* Tonsillæ cur dicantur arca, seu repositorium aeris.

ATtrahitur ad usum respirationis, & vitæ aer nos ambiens, in quo malignus vapor conditus est, qui cum per amplum ostium, apertamq; viam copiosus ingrediatur, & per angustam * inde semitam magna Naturæ providētia progredi debeat, (nem-

* Modus generationis malignorum tonsillarum ulcerum exprimitur.

* Aer cur per angustas semitas progredi debeat.

(nempè vt aër concutiatur, malaſuè impreſſiones in oſtio, & vijs relinquat; nè præ cordis flabello, ipſius maleficium euadat) magno cum impetu, & rutilo ingredi neceſſe eſt, cuius impetus, in primis oſtij parietibus primitus fit, vt ſunt tonſillæ, & indè in alia parietis parte quatitur, vt ſunt columellæ, & fauces, in qua aëris quatione, malignus vapor in parietibus iam dictis infigitur, ſtatimquè tribus ſuis qualitatibus vtitur; quaſi tria acutiſſima gladia ad dextruendos parietes euaginans, & ob id ignea, & tenui eius virtute, viam ſibi parat, aperit, ſtatimquè penetrat; virtute verò conſtrictiua eamdem viam, per quam ingreſſus eſt, claudit, & comprimit, vt intus concluſus proditor remaneat. Concluſus igitur in tonſillarum intimis malignus vapor, & tranſpirare nequiens, ignea eius qualitas intenditur, acris, & mordax virtus exacerbatur, ſtatimq; occultus ignis accenditur, adiacentis particulæ humores, & carnem adurens, putredinis focum conſtituens, virtute venenoſa robur, inſitumquè calorem enecans, in qua efferueſcẽtia, humorũmq; vſtione, tenuior pars ad ſuperficiem recurrens, ipſam comburit vlcuſuè aperitur; cruſtroſum quidem, ob carnis, & humorum aduſtinoem; cacoethe, ob venenoſam qualitatem ibi præualentem inflammatione valida circumfuſum, pro-

pter

pter eam ipsam vstionem, ad quod deindè vlcus, præ inflammatione, & dolore, partim attracti, partimquè à natura transmissi, concurrunt humores, qui primò à vicinioribus partibus, & à capite præcipuè, à toto deindè influunt; ad quem locum, tanquam in focum peruenientes, aduruntur, & à venefica virtute ibi existente, præ sui actiuitate, in eius deleteriam naturam vertuntur; hinc venenositas crescit, vlcus dilatatur, serpit, & in maiorem putrilaginem abit, augetur inflammatio, tument, & comprimuntur fauces, febris inualescit symptomata sæuiora redduntur, quo vsquè communicata venositate per asperæ arteriæ semitas ad cor, pereat animal. Multoties* enim vlcus hoc, multis prauis humoribus concurrentibus, à cacochimo corpore, vel à praua victus ratione genitis, ibiquè, ob malam eius dispositionem veneno sioribus redditis, celerrimè vlceratam particulam in cangrenam, & sphacelum vertant (id præstat etiam improportionatus, & malus causticorum medicaminum vsus, vt inferius dicemus) vel quia particula laxior, & tanto robore, insitoquè calore ditata haud sit, minus ob id resistit, hinc à maiori virulentiæ actiuitate, robur illud exile, insitumquè calidum resoluitur, & ad mortem particula deducitur.

* *Vlcera hæc quo modo in cangrenam abeant.*

Ne-

NEquè in Esthaticam admirationem animum noſtrum implicemus, quando ſcilicet huius morbi cauſſam vniuerſalem, vitiatum nempè aërem, perpendimus; quo mortales omnes ad reſpirationis vſum neceſſario vtuntur; & ex eo tamen pueri, & non grandiores, & in particulis illis tantum, & non in alijs afficiantur.

a lib. 4. cap. 46.

EQuidem dubitationi primæ Aetius a reſpondet morbum hunc communem omnibus eſſe, licet pueros magis afficiat, cuius talia ſunt verba [Fiunt autem frequentiſſimè pueris, atque etiam ætate iam perfectis, maximè his, qui vitioſis humoribus abundant] & re vera ita quotidie obſeruamus, cuius rei haud occulta nobis cauſſa eſſe videtur. Si verùm eſt etenim omne agens in benè diſpoſitum paſſum agere, ſunt magis diſpoſiti pueri ad malignam quamcumq; impreſſionem ſuſcipiendam, quam natu grandiores.

Pueri cur magis hoc morbo laborant, quam grandiores.

PRimò, quia pueri calidi, & humidi ſunt, & ob inordinatam victus rationem, plurimis excrementis abundant, ob idq; in eis facilius putredo, & quæuis venenoſa impreſſio introducitur.

SEcundò, cum calidi, & humidi ſint, carnem teneram, ſubſtantiam corporis roridam, nec non cutem corpus vniuerſum veſtientem raræ texturæ admittunt; & pro-

pte-

pretereà malignam quamuis impressionem, instar characteris ad ceram facilius suscipiunt.

Tertiò, quia pueri teneris, mollioribusque totius habitus sunt, ideò eorum calor, roburque cunctis particulis insitum stabilibus, firmisque radicibus, instar plantæ nuper natæ, firmatum adhuc minimè est. Hinc resistere nequiens à vel minimo contrario agente superatur, atque resoluitur, & particula, in quam occursus ille irruit, labescit. Grandiores autem cum pueris symbolei[illegible] tem habentes in easdem miserias incidunt. * Cæteri autem ætate prouectiores, cum humidi minimè sint, carnem duriorem, substantiam firmiorem, cutis texturam densiorem, robur, innatum calidum, spiritusque insitos cuiusque particulæ magis fixos admittant; contrarijs occursibus, malignisque impressionibus, magis resistunt.

* Grandiores etiam non adeo hoc morbo afficiuntur.

Addit alteram rationem ° Aretæus, quia pueri, tùm ob copiosum calorem, tùm ob eorum instabilitatem (semper enim saltant, currunt, vociferant) maioris aeris respiratione indigent; & ob id plurimum aeris ingressum recipientes magis, quam grandiores, maligni illius vaporis in aere vagantis, maiorem copiam suscipiunt; cui inde ob prædictas rationes resistere nequeunt.

° lib. 1. cap. 9.

Obiectioni posteà secundæ, quæ non paucam admirationem parit & curam

 sci-

licet vitioſior aër per illas partes quam per has tranſiens, non illas, ſed tantum has lædat. In pluribus rationibus reſpondetur, &* quia per ſuperiores vias, ingrediens copioſus aër per amplum oris ambitum, reſiſtentiam non patitur, niſi in faucium oſtiolis, quarū parietes Amygdales præcipuè ſunt, in quas copioſus aër per inſpirationem violenter attractus, præq; viarum anguſtia impeditus, & veluti obrutus, præcipue quatitur, quibus, quod in aere malignum eſt, facilius inhæret. Et quod licet per anguſtos narium meatus, aër etiam violenter attrahatur, & noxam ibi vllam inferat, id certo contingit, quia cartilaginei, frigidi, & duriores ductus illi exiſtunt, licet in aliquibus delicatioribus puerulis in naribus cacoethe hoc vlcus obſeruatum ſit.

** Tonſillæ cur in hoc morbo magis afficiantur*

** Nares cur primario etiam in hoc affectu non afficiuntur?*

Secundò, licet tota interna oris regio, per quam aer ingreditur, propter ſenſum guſtus, tenuiſſima membrana induatur, durior ea tamen eſt, quæ tonſillas cooperit; & propterea magis illa, minus hæc reſiſtit.

Tertiò, nè dum tonſillæ laxa tunica, ſed molliori, laxiori, & ſpongioſa carne conſtant, obidquè cuiuſuis maligni veſtigij ſuſceptiuæ, faciliorisquè corruptionis exiſtunt; & tanto præualet ratio, quantò de pueris pertractatur. Concludamus* igitur morbum hunc a cauſa externa immediatè, & pri-

** Vera huius morbi cauſa qualis.*

primariò in tonsillis produci, ac si illis particulis à venenoso animali morsus fuerit inflictus.

PATHOGNOMONICA SIGNA, VLCERA hæc ab alijs vlceribus distinguentia, explodantur. Caput V.

ET, nè in aliorum errorem incidatis, maligna hæc vlcera, ab alijs tonsillarum vlceribus distinguere nescientes, totamquè indè ægrotantis familiam perturbetis, distinguentia signa vobis meritò adducam: vlcera igitur tonsillarum, columellæ, & faucium, vel benigna, vel pestilentialia, vel gallica esse possunt.

*Vlcera benigna tonsillarū à qua causa fiant, & quomodò.

Benigna* tonsillarum vlcera, morbum hunc non constituentia, ex salsa cerebri destillatione fiunt, quæ ab Antiadibus ad cerebri excrementitias humiditates allic iendas ita constitutis, sugitur, atquè cum humiditas illa salsa, aliaue acris materia per magnam ossis sphenoidis glandulam descendat, meritò ipsis exterius affertur, quæ cum erodens sit, sed non maligna, externam, & superficialem partem tonsillarum

Google

** Vlcera benigna tonſillarum, quomodo diſtinguantur à peſtilentialibus.*

excoriat, & ideò * vlcus profundum non conficit, inflammationem nullam, vel minimam parit, non tumorem, neque internum, neque externum, non dolorem, non malignam febrem, non ſorditiem, non eſcharam, non fętorem, non maligna ſymptomata, neque mortem inducit, de quibus verba faciens p Areteus dixit: [Mitia quidem ſunt munda, exigua, non altè deſcendentia, non inflammata, dolorem non excitantia.] quod ſi aliquod ſuper vlcus conſpiciatur, putrilaginoſum non eſt, neque profundum, & eſcharoticum, ſed flegma ſalſum potius ibi exiccatum inuenitur, quod ex gargariſmate, & ablutione facilius abſtergitur, vlcere indè rubra carne circumfuſo manente.

p lib. 1. cap. 9.

** Vlcus peſtilentiale tonſillarũ, quomodo cognoſcitur, & fiat.*

AT * peſtilentiale tonſillarum vlcus, cum ab incluſo maligno vapore in earum centro ibi focum, vſtionemq; inducente producatur, vt diximus; merito profundum, ſordidum, èſchara indutum, latum, ſerpens, grauè olens, magna cum febre, virium iactura, prauiſq; ſymptomatibus aſſociatum obſeruatur, de quo vberimè Areteus, & Aetius inter antiquos, & multi recenſiores ſcribentes dixere, & nos quidem ſatis, ſuperquè in huius Conſultationis exordio verba fecimus, quæ ad hunc morbum cognoſcendum plurimum valent.

Vlcus

VLcus * deinde gallicum pedetentim fit alijs quidem gallici morbi symptomatibus associatum; inflammationem nullam, ruborem aliquandò vel minimum circumfusum admittit, febrē non parit, pulsuum debilitatem non facit. lethalia symptomata non inducit, suffocationem, mortemq; non affert, diuturna sunt syphillidis vlcera; & licet profunda, & serpentia fiant, lento pede progrediuntur.

* Vlcus gallicum pestilentiale, quomodo distinguatur ab vlcere ipsius Morbi.

PEstilentiale autem vlcus, propter actuā virulentiam, statim profundum fit, & velociori pede serpit, febrem prauam, omniauè lethalia symptomata producens, triū, vel quatuor dierum curriculo hominem, vt plurimum, enecat.

SOrdes tandem vlceris gallici, licet aliquando profunda, & pinguis, non escharotica quidem, & fixius inhærens, vt in pestilentiale vlcere obseruatur.

DIFFERENTIAE HVIVS MORbi breuibus recensentur. Caput. VI.

ET quoniam superius diximus Epidemialem affectum simplicem morbum eumdem in omnibus producere non ijsdem tamen symptomatibus associatum, vt in peste; sed varijs quidem coniunctum, iuxtà morbosum apparatum, & humorum dispo-

fitio-

Vlceris ſyriaci varietas unde.

ſitionem, quæ ſingulis in corporibus reperitur, hinc conſequitur, vt* licet vlcera hæc multis contingant, variantur tamen in effectu, forma, & loco, iuxtà morboſum apparatum, & loci diſpoſitionem, in quibus, tanquam apprimè diſpoſitis, vniuerſalis cauſſa in aëre recondita agit; hinc vlcerum modo vagantium, variæ differentiæ ſortiuntur.

** Vlcerum huius morbi differentiæ ab effectu deſumptæ quales*

** Vlcerum differentiæ ſumptæ a forma quales.*

ET * propterea vlcerũ alia sũt maligniora, alia minus maligna, alia magis, alia minus ſerpẽtia,* alia profũdiora, alia minus deſcendentia, alia ſordidiora, alia minus, alia eſcharam profundiorem, alia ſuperficialem habent, alia cangrenoſa, & alia ſphacelata, alia cruſtam, & ſorditiem albam, alia nigram admittunt, alia maxima cum inflammatione, & tumore, tum internarum, tum externarum gulæ partium coniunguntur, alia verò minus,* alia, & vt plurimum, in tõſillis, alia in columella, alia in faucibus, alia aliquando in laringe, & in muſculis gutturis, alia, & rarò in palato, alia in naribus naſcuntur. Etenim * in vlceribus maioris, minoriſq; malignitatis gradus, à morboſo apparatu magis, & minus prauo, ad ipſa concurrente, reſultat; vndè cangrena, & ſphacelus producantur, à redundantia deindè ſuccorum magis, minuſuè acrium ad vlcus fluentiũ, ibique vſtionẽ maximam inducentium

** Vlcerum differentiæ ſumptæ a loco quales.*

** Vlcera morbi vagantis cur ſint varia.*

tium profundior, & superficialior sit crusta, & maior, & minor inflammatio, tumor atque dolor contingunt. Ex redundantia, postea peccantis humoris ad vlcus fluxi, siue pituitosi, siue biliosi, siue sanguinei, siue melancolici, siue mixti, varia vlceris sordes, & crusta succedunt, alba scilicet, pallida, rubra, nigra, vel variegata, iuxta humorum peccantium miscelam, cineritia nempè, ex albo, & nigro humore producitur, subflaua ex sanguine, & bile, subrufa, ex pituita, & sanguine, & sic de singulis.

SIGNA PROGNOSTICA

salubris, aut lethalis huius morbi euentus, explodantur.

Caput. VII.

NIL est, quod Medicum apud omnes beneuolum reddat, quàm de morbi euentu augurari, & ob id, quæ quotidie diligenter obseruo, vobis, vt ex lonis tabulis testis, dicam quidem, sed hoc primò scire* conducit, hunc morbum mortiferum esse pluribus rationibus, per se primò, quia pestilens, & cacoethe est, cuius proprium calorem, & spiritus, interficere est, dico proprium, quia venenositas,

* *Morbus præsens cur lethalis.*

ſitas, ratione ſuæ actiuitatis, calorem naturalem ſemper ferè dominatur, alioquin venenum haud diceretur, & ob id etiam peſtis hominum paſtilentia dicitur, rari equidem ſunt, qui valido calore inſigniti aliquandiu venenoſitati reſiſtere valeant, & intereà calor belzoarticis adiutus, venenũ ſuperet; etſi robur huiuſmodi aliqui admittant, illud quidem ex erratis in ſex rebus non naturalibus quotidie refrangunt, & ex morboſo apparatu, ab ipſis congenito, obrutum ſeruant. Vndè introducta venenoſitas materiam, vbi poſſit ſeruari, ſubitoquè augeri; & è conuerſo nobiliſſimum Equitem indiuidui ſeruatorem, omniumq; actionum auctorem obrutum, & veluti ſub ſarcina defeſſum adinueniens, ſaluo pede, totam indiuidualis Reipublicæ œconomiam peruertit, corrumpit, calorem deſtruit, viuentemquè exanimat; quod ſi de grandioribus vſu rationis ſubſiſti hoc dicitur, magis de pueris confirmatur.

Mortalis eſt ſecundariò morbus iſte peſtilens ratione loci, vbi genitus eſt; poſſidet enim eminentem locum, per quam multæ adeunt viæ ad vitam membrorum principum inſeruientes, qui tanquam fortis hoſtis, verſutus, veteranuſquè miles, partibus principibus denegat ſuccurſum, & venenoſis anteà ſagittis eas deuaſtare

per

perquirit; & mihi quidem morbus iste, ad militis versutissimi instar videtur, qui multoties Ciuitatem capere solet, aquam ipsi prohibendo. Et morbus huiusmodi multoties in tumorem fauces eleuando, quasi altissimos parietes fabricans, respirationis viam, aerisuè ingressum prohibet (se habet enim aër necessarius ad homines, sicuti aqua ad pisces) qua ratione facit cor excandescere, calorem fuliginibus obruere, vitalesquè spiritus extinguere. Et hac calitie præcipuum indiuidualis Reipublicæ arcem, vbi vita seruatur, strenuissimis militibus calore nempè, spiritibus, facultatibusuè munitum, deuastat. Aliquando aquæ cursum in sitibundam Ciuitatem, quam obsidet, remittit, sed eam quidem aquam aconito admixtam: quam inde siti flagrantes homines cito bibunt, & exanimantur; ità dirus hic morbus non vias respirationis aliquando intercludit, sed transeuntem aerem ad cordis refrigerium præ vlceris venenosa putrilagine existentis in via, inquinat, qui ex indè aër, nõ cordis refrigerium, non vitæ conseruationem, sed ruinam potius producit. Vt plurimum munitissima Ciuitas, prohibito vectigalium ingressu, & famis obsedio, alieno imperio subiugatur; ità vt plurimum pestilentialis hic affectus, intumescentiam maiorem in œsophagi

H ostium

oſtium inducens, alimentiſq; ingreſſum prohibet, hinc fame membra quoque langueſcunt, humidum inſitum conſumitur, & mortalium viuere mortis imperio ſubiugatur.

NEc deeſt intereà, veluti alter Briareus ſagittas multas vnà ſimul eiaculare, nam per aſperæ arteriæ ſemitam, venenoſam qualitatem, tamquam ſagittam quã ſumpſit natura, auidè potentem propulſat; ad cerebrum alteram, nobiliſſimam indiuidui arcem, regiis, & [illegible] ſemitibus, venenoſos halitus tranſmittendo, veluti ſagittam alteram impellit, vbi lethalia ſymptomata producuntur. Per * amplam œſophagi viam venenoſitas illa ventriculo cõmunicatur, vbi reſoluto præcipuè oris ſuperioris ventriculi robore, appetitrix facultas extinguitur, nec non in ventriculi villis, acri venenoſitate inducta, indefeſſa ciborũ nauſea inſurgit, hinc ægrotantes, aut cibaria non ingerunt, aut pauca ingeſta ſtatim euomunt, aut pauciſſimum illud in eorum ventriculo retẽtum corrumpitur. Aliquando veteranus, & verſutus militum Dux vna cum exercitu ſubterfugere ſimulat, vt inde occultis [illegible] inopinatè inimicam Ciuitatem debellet, ità refractarius hic morbus aliquando ſe habet, multoties enim, tonſillarum vlcera perfectè curantur, ſed [illegible]

** Vlceris illius venenoſitas cõmunicata ventriculo quid pariat?*

clam

clandestinè pulmones permeans, eadem cacoethe vlcera ipsis infligit, & pthisim incurabilem introducit, vt in multis hoc in nostro magno Infirmorum Hospicio per anotomicam sectionē obseruauimus. * Aliqui denuò post perfectam vlcerum faucium curationem macie in dies consumi videbātur, eo quia appetere non poterant, & absumptam ciborum parsimoniam digerere nequeuntes, in maximas ventriculi angustias incidebant, multosquè lumbricos euomebant, post quorum mortem cadauera secauimus, in quibus ventriculi fundum vlceratum adinuenimus, vndè mirum non erat, si ventriculus functiones suas minimè edisset, fuissentquè cibaria corrupta in vermes conuersa, mortalis igitur est morbus iste per se.

* Ventriculi fundum vlceratum quae symptomata sequantur.

SEd quia aliqui, tum ob caloris naturalis resistentiam, tum ob methodica, & opportuna præsidia cito adhibita, euadere videntur, ob id satis vtile erit Medico, distinctè de morbi bono, maloq; euentu nonnulla prædicere; & primò quidem de pestilentialibus benignis vlceribus, posteà de lethalibus dicamus.

VLcera, * quæ non grandi cum inflammatione, tumore, & febre copulantur, rectè adhibitis præsidijs, vt plurimum curantur, minorem .n. malignitatē dicunt.

* Vlcera, ###### [illegible]

VLcera hæc ſi ſuperficiaria ſunt, & leuem ſordem habent, bonum, benigniorem enim eſſe materiam arguunt.

VLcera ſi ſunt parua, & non ſerpentia, eadem ratione bonum.

** Vlcera hæc in corpore calido, et humido temperamento præditis, cur vt plurimũ ad malum terminantur?*

VLcera * è conuerſo huiuſmodi, calido, & humido temperamento præditis contingentia, vt plurimum ad malum terminantur: quia tales, putredini obnoxios eſſe, raram habitus texturam, omnium impreſſionum ſuſceptiuam admittere; tonſillas illas laxiores, & molliores habere, omnes certò cognoſcunt, & ob id ipſis progreditur morbus, & vlcera in putrilaginem, cangrenam, atq; ſphacelum facilius tranſeunt.

**Vlcera hæc cur in pueris magis letalia?*

VLcera * hæc magis extremum lethum pueris afferunt, quam ætate prouectioribus, tum, ijſdem rationibus de cauſis huius morbi circa finem deſcriptis, tum etiam quia in eis generoſa, fortioraq; præſidia, qualia ad Herculeum hunc morbum deſtruendum requiruntur, adminiſtrari nequeunt, ea enim reſolubilis eorum virtus haud ſubſtinet. Addo etiam pueros, qui adhuc ſenſus potius, quam rationis imperio ſubiacent, bonum a malo, vitam, a morte non diſtinguentes omne medicamentorum genus renuere, & vt paucum dolorem in cibarijs, remedijſq; deglutiendis aufugiant, ex-

extremum fatum, terribilissimumquè ultimum puerili ignauia degustant. Grandiores autē usu rationis suffulti, benè quidem, resolui quid sit, in prunaquè elementa redire cognoscunt, & ob id medicinæ potius imperio, quàm sæuæ Parcarum manui submittuntur; sustinent tandem fortiora præsidia, & conualescunt, vt plurimum.

VLcera magna cum inflammatione, & & tumore aduenientia, vt plurimum, subitoquè ægrotantem strangulāt, angustæ enim sunt spiritus viæ, quæ, à vel minima humorum fluxione intumentes, intercluduntur.

VLcera profunda pingui, & concreta sorditie, siue alba, siue liuida induta, ob virulentiam, quam habent grandem difficulter curantur, & sæpè in cangrenam transeunt, mortemquè producunt.

VLcera * serpentia, & depascentia actiuiorem venenositatē insinuant, ob id periculosa vt plurimum, aliquando maximo cum labore ad bonum terminantur.

*Vlcera serpentia cur mala?

VLcera * hæc graueolentia, nè dum lethalia quia in sphacelum transeūt, sed, vt Areteus notat, aerem ad cordis refrigerium transeuntem inquinant; quem quidem fœtorem cor sustinere nequit, etenim de validè prosternentibus vires, sæpe existimatur.

* Vlcera hæc graueolentia cur lethalia

Cru-

* *Cruſtoſa vlcera cur periculoſa.*

CRuſtoſa * verò vlcera, albam, ſiuè nigram, ſiuè alterius coloris eſcharam habentia vt plurimum periculoſa obſeruantur, quia carbunculus ortus eſt in faucibus, quod ſi de carbunculo quocumquè in qualibet corporis parte enato loquens Galenus, q perpetuò periculoſum affectum eſſe dixit, eo quia vitioſis conſtat humoribus, quid de carbunculo huiuſmodi dixiſſet, qui ſimul cum vitioſis humoribus adiunctam habet aeris venenoſitatem? & in partibus tàm delicatis, & propinquioribus nobilioribus vitæ membris, membranoſis, neruoſiſquè quidem? de quo r Paulus verba faciens ſic ait, Qui verò in membranis, aut neruis ſiunt, diutius permanent, & affectionem per conſenſum ſubiectis locis diſtribuunt. Sed quid dixiſſet Paulus ſi de faucium carbunculo locutus fuiſſet, vbi, & venarum, neruorum, membranarum, muſculorumquè cũ partibus principibus admodum conſentientiũ, magnus eſt numerus? & idcirco ſ Areteus de cruſtoſis tonſillarũ vlceribus verba faciens retulit; Tunc conuulſionis maximè periculũ ſubeſt, te ſiccantur enim plerumq; vlcera, & cum eis nerui diſtenduntur.

q 3. Epid. com. 3. tex. 12.

r lib. 4. cap. 25.

ſ lib. 1. de morb. curat. c. 9.

VErũm quòd de cruſtoſis vlceribus obſeruauimus, nequè paruifaciendũ quidẽ eſt, cũ ad melius vlcera eſcharam nigrã, quam albã habentia, terminari ſæpè vidim?, & ſi

& si communis ratio contrarium suadere videatur, extra tamen experimentum, euidentissimam assignare possumus rationem, quam de exanthematum exemplo deducere volumus.

Communis omnium doctrina est, exanthemata rubra minus, quàm liuida, seu nigra, lethalia esse, & tamen ex † Hippocrate habemus, Silenum apparuisse exanthemata rubra octaua die, & vndecima mortuū esse, & quidem in peste, rubra, sicuti, & nigra exanthemata, omnibus lethalia esse obseruauimus. Id factum auctores non contēnendi prouenire * putant, quia Natura multitudine oppressa, & mala qualitate irritata, quod sibi nocuū est expellere cupit, at præ sui impotentia, & contrarij resistentia, opus suum perficere non valens, maxima inter naturam agentem, & caussam morbificam resistentem lucta, internaquè rebellio intercidit, hinc motus quā maximus, humorumquè agitatio consequuntur, in qua humorum conturbatione, quod icorosum sanguineum est, tanquam benignius, & naturæ motui obtemperans, recurrit ad cutim, & exanthemata, efflorescentiamquè illam rubram in cute producit, quod vero malingū est intus remanens conturbatum, ad nobiliora viscera remeat, sed heù Medicorum fallacia, qui efflorescere hanc arborem viden-

† 1. Epid. tex. 19

* Exanthemata rubra cur aliquā do lethalia ?

dentes, & nouæ ſalutis ver prædicentes, ſubita hyeme horribili, ideſt caloris extintione adueniente, frondibus ipſam denudatã, & vita priuatam vident, ſunt * enim ſæpe rubra exãthemata mortis vexillum, & ob id exanthemata rubra prauis ſymptomatibus complicata lethalia ſunt, itã de eſchara alba in hoc morbo dicendum, * ſæpe enim recurrunt ad vlcus hæterogenei humores, atrabilares ſcilicet, & phlegmatici; phlegmatici enim magis aquei, & benigni, tùm naturæ impellenti minus reſiſtunt, tùm magis carnoſa ſpatia penetrant, & extra apparent, ibiquè aduſti eſcharã albam producũt, at quod atrabilare malignius, terreum, & viſcidum eſt, reſiſtit magis, carnoſaquè ſpatia minus penetrat, hinc intus remanens, & minimè tranſpirans, immanior redditur, & indè partẽ ſphacelat, hinc ſimulatę eſcharæ albæ bonitas in malum pertẽdit, & * quando eſchara nigra fit, malignus aliquãdo humor totus extra trãsfuſus, minora damna affert.

** Eſchara alba cur deterior nigra aliquando obſeruatur?*

** Eſchara nigra cur aliquando bona?*

VLcera * hæc ſi in gutture, & eius muſculis, radice linguæ, & iſthmo oriãtur, lethalia ſunt; tùm quia maiorem ſuffocationem pariunt, tùm etiam quiã veneno-ſitas cordi celerius communicatur, nec eò in loco medicamina peruenire facile poſſunt, immò ob grandem venarum, & arteriarum conſpirationẽ, quæ ibi adinueniunt,

** Vlcera in gutture aduenientia, cur lethalia?*

pu-

putrefactio illa facilius augetur.

SI verò * columellæ accidant hæc vlcera, vtramq; & aeris & cibi strangurian afferunt, longè maiorem quidem ea, quæ ab vlceratis tonsillis concitatur, cum columella vtriquè meatui contigua magis sit, aliquando ob virulentiam vlceris exeditur, & tota depascitur, & duo indè mala contingunt (licet ægri euadant) remanent .f. ægri canora, & modulata voce priuati, & & posteà macie tabescentes, indè pereunt, vt oobis obseruatum est, & ita *Galenus, & Anatomici omnes re vera docent. Columella * enim a natura constituta est, vt aër refrangatur, qua in refractione, à frigiditate aliquantulum temperetur, & incalescat, nè in pulmones ita frigidus irruens, eorum innatum calidum pedetentim debilitet, eorumquè sanguinem incrasset, hinc infirmati pulmones, ad motum, ad cordis flabellationem, & ad ipsius fuliginũ expurgationem pigri redduntur, hinc accenditur cor, hectica febris, & macies, morsq, in indiuiduali Republica introducuntur.

* Vlcera columellæ cur mala?

n De vsu part. cap. 11.

* Columella vsus qualis.

VLcera * partissimium cangrenata, seu sphacelata, lethalia sunt, tùm ob fœtorem, quem cor substinere nequit, tùm ob virulentam saniem, subiectas partes, & pulmones vlcerantem, tùm etiam quia grauëolens, corruptaquè substantia, hoc in loco

* Vlcera hæc si cangrenentur cur lethalia?

neque cauſticis, neque alijs præſidijs detrahi poteſt; quo vſque eadem medicamenta ad carnem bonam perueniant, (vt conducit,) cum partes illæ membranoſæ, neruoſæque exiſtant; vnde de repente, vt x Areteus notat, reſiccatis neruis, in ſpaſmum ægrotantes abeunt.

x Libr. 1 de vict. morb. cap. 9.

y lib. 1. de morb. cap. 9.

SI in his vlceribus, inquit y Areteus, phlegmon in collum erumpit, iſti haud ita multis diebus poſt phlegmone, febribus, fœtore, inediaque conſumpti intereunt; quod Aretei prognoſticum perpetuum obſeruamus. Et certè id, primo intuitu, z Hippocratis, & Galeni decretis contrarium videtur, cum dixerint; Ab interioribus malum ad exteriora verti, bonum: & de Angina loquens Hippocrates ait, Angina correpto, ſi tumor appareat in collo bonum, foras enim morbus ex ſtit, & denuò a retulit. Ab angina habito, ſi tumor fiat in collo, bonū, b & alibi ſæpius replicauit, anginas grauiſſimas eſſe, quæ nullum tumorem in collo, ſeù ædema in pectore exceperint, quòd ſi tumor, phlegmon, & ædema apparuerint extra, bonum. Sed colligatis quæſo quam fœtinus hic morbus ab Angina diſſideat, in qua humorem extra mitti bonum, & in hoc quidem malum, cum venenoſi humoris conditio ſit, vt quācunque partem petat, illam excedat, corrodat, inflametq́; & interea eroden-

z 6. aphoris. 25.

a 6. aphor. 37.

b 3 prognoſt. tex. & com. 16. 17. 18. & 19.

dendo, vlcus crescit, crescendoue interficit, & ideò quandò in hoc affectu collum, gulamq; intumescere videm⁹, venenositatis serpentis, erodentis, inflammantisq;, augmentum prædicemus. Quòd si per asperam arteriam sanios̃a virulentia descenderit, pectus intumet, & eodemmet ipso die strangulat, vt fide descripsit g Areteus, & nos sæpè conspeximus; cuius talia sunt verba. [at si in pectus per arteriam vel malum inundat, illo eodem die strangulat, pulmo enim, & Cor, neque talem odoris fœditatem, neque vlcera, neque saniosos humores sustinet, sed tussis, spirandique difficultas enascitur.]

g Loc. cit.

HVic * morbum si febris acuta, & sitis valida sequantur, malum, venenositatem præualere, inflammationemque internam augeri designant.

* Febris acuta, et sitis in hoc morbo cur mala?

ET vt vnico prognostico multa * colligamus, si difficultas spirandi, si pectus per nares resiliat, si ægri decubitum non ferant, sed sedere cogantur, vel si sedent non quiescunt, si vox rauca, & intercluss eis fiat, magnam quidem virium spiritus interclusionem, & subitam animæ exolutionem, hæc omnia significant.

* Prognostica huius morbi mortalia quæ?

TAndem * si hyeme morbus hic aduenerit ferocior erit quàm æstate, quia

* Morbus hic hyeme adueniens cur magis sæuit, quam æstate.

quia venenoſitas in aëre præ frigore magis vnita ſeruatur, & ob id ad inficiendũ actiuior, tùm etiam quia vniuerſa corporis cutis conſtipata eſt, per quam introducta illa malignitas exhalare nequit; immo ob aëris ambientis frigus cutem ipſam refrigerans, & conſtringens, intus repercutitur.

BREVIS HVIVS MORBI PRAEſeruatio deſcribitur. Caput. VIII.

DVM dyrus, & occultus iſte ſerpens Puerorum fauces de repentè mordicans vagatur, & nunquam ſupercilium deponit, mirum in modum parentum animus timore, & terrore aſſiduo concutitur, non tantum quidem de ſe ipſis, quantum de proprijs genituris timent, non enim ſubſtinet parentum amor puerulos, quos genuere, ſtrãgulatos cernere, eoſquè in primo ætatis flore, cruciabili exitio, immaturaque morte perimi, ideoquè AEthiopi faciem haud lauamus, ſi de morbi huius præſeruatione nonnulla dicemus.

ET quoniam peſtilentialis affectus, Dei flagellum eſt, non deſinit igitur, niſi Deus Omnipotens, manum ſuam iuſtè nos-

iussientem subtrahere dignetur, quod si Gentiles, vt per multas hystorias patet, id cognouerunt cur, & nos fidei orthodoxi, ad Deum verum misericordiarum patrem, mundi prius à peccatorum sordibus conscientia, summis precibus festinare procrastinamus? qui eadem manu, qua iustè acerrimis plagis nos multat, eadē, quorum misertor, præseruat. Et hoc solum ad nos tuendos affluenter sufficeret. Sed quia humana diligentia à Deo ipso permittitur, quando causis secundis operari dignatur; ideò, quæ humana perspicacitate à Deo ipso illustrata inuestigari possunt, libenter adducemus.

Secundum igitur præseruationis remedium erit, de aëre aliquid perpendere, & non immeritò quidem, cum in ipso virus illud mortiferum, & generetur, & seruetur. Erit igitur verum, genuinumquè præseruatiuum antidotum, ab vno inquinato aere, ad alterum purum celer fuga, fugam celerem dicimus, antequam puerile corpus labem in eo contrahat, cuius ad alienigenum aërem recursus inutilis erit, & licet de locorum salubritate, & insalubritate plura dicere possimus, quæ in [d] Hippocrate scripta reperiuntur, tamen eam non ad grāde operis volumen, sed ad fructuosam, subcinctamquè elocutionē semper animus noster pro-

[d] Lib. de aere, aquis, & locis.

pronus eſſe videatur; pauca tamen de loci electione dicam.

* Habitatio admodum ſicca in hoc morbo cur mala.

FVgienda eſt igitur directè habitatio ſicca admodum, aſpectum habens ad ſeptentrionem; vbi nitroſitas in aere (vt probatum eſt), generationis vitæ per rigorem ſeruatur, ideoq; ad operandum actiones, ſic etiam magis cerebrum experimur, nonnunquè præcipuè, qui talem regionem habitare aſſueti minimè ſunt; vnde cerebri deſtillationes fiunt, quæ in hac conſtitutione pertimeſcendæ.

* Habitatio in montuoſis locis in hoc morbo cur mala.

ITemq; & * in montuoſis, eminentioribuſuè locis condita Ciuitas, propter prædictas rationes eligenda non eſt vbi ſole clarius ſeſe dilatando, ahoſuè inficiendo, & iugulando, immaniorem morbum eſſe experimur, & hoc etiam ab omnibus confirmatur, nempè in peſte adueniente ab inquinamento aeris alta loca relinquere; & decliuia eligere, immò * quia morbus hic in eminentioribus habitationibus fiunt magis, merito colligimus, ab aere morbum hunc produci.

* Morbum hunc a vitio aeris fieri quomodo colligitur.

MEridionalis regio, & occidentalis, licet præ aeris humiditate, ab immoderata ſiccitate progenito, huic morbo directè opponatur, & eligenda ad pueros de hoc morbo præſeruandos optima; tamen cum ab e Hippocrate habeamus, regionem

e Loco cit.

huiuſ-

huiusmodi ob preualentem humiditatem insalubriores esse, & corpora ad putredinem facilè afficienda apprimè disponere; ideò accidere in syllam, cupiētes euitare charybdim non liceat, saluo tamen quod aliquæ proprietate, salubriores esse videantur.

Dicimus à loci proprietate, quia vt f Vitruuius, g Palladius, h Plinius i Columella, à * vario Cœli aspectu, varioque solis cursu, ventorumque prædominio, quatuor mundi partes inter se se varias, determinant; hinc factum est, vt in aliqua parte, meridionalis plaga sit frigida, seù temperata, Orientalis calida, seù frigida, Septētrionalis calida, seù humida, & sic de cæteris; & ob id doctè k Varruu dixit, aliter Aegypto, aliter Hispaniæ, non eodem modo Ponto, dissimiliter Romæ, & propterea l Plinius sempium reliquit, Villa spectare debet in æstuosis locis septentrionē, meridiem in frigidis, in temperatis exorsum æquinoctialem; Venti etiam flantes, placidissimæque auræ patriæ spirantes, Regionum ad malam Cœli aspectum situm habentium insalubritatem remittare solent, & calidas regiones frigidas, humidasquē admodum temperare, vt de ventis Etesijs natura placidissimis, & suauiter maxima cum salubritate æstate flantibus, loquitur m Plinius; quos in Hispania, & Asia, ab oriente, in Ponto ab

f Lib. 1. cap. 1.
g Lib. 1. cap. 1.
h Lib. 1. c. 5. & lib. 2. c. 47.
i Lib. 1. c. 5.
* Mundi partes cur non semper eādem conditionem ferment, sed inter se se variātur.

k Loco citato

l Loco cit.

m lib. 2. cap. 47.

ab Aquilone, reliquis in partibus à meridie, inſpirari obſeruauit, et ſic videm⁹ auſtrinos ventos, & quus nos ſyroccos vulgariter nũcupam⁹, hac in noſtra Trinacria vario modo perflare, vt hic Panormi calidos, in Ciuitate Leocatæ, & alijs in partibus frigidos ſpirare, ſic auſtrini venti qui nobis adeò infeſti, & morboſi, in Africa tñ ſalubres ſunt vt n Ariſtoteles, & o Plinius inquiunt; & Zefirus nobis laudabilis in Vaſconia deteſtabilis eſt, vt refert p Scaliger.

n 3. Problem, 51.
o lib 2 cap 47.
p Exercitatione 285.

ET non ſolum regiones à vario ſolis curſu, à vario ventorum per partes varias tranſeuntium inflatu vbi benignas, malignaſuè impreſſiones ſuſcipere poſſunt, variæ eſſe ſolent, vt monſtratũ eſt; ſed etiam eorum communis natura, à particulari loci proprietate, in quem Aſtri alicuius aſpectus, & influxus particulariter influit, variari ſolet vt ſcilicet orientales, & ſeptentrionales regiones, ſalubriores exiſtimatæ, inſalubriores, & è conuerſo, occidentales, & meridionales inſalubriores appellatæ, ſalubriores reddantur, quod manifeſtò à q Platone, Ariſtotele r plinio s alijſquè tùm recenſioribus, tùm veteribus confirmatur.

q 5. de legibus in fine.
r lib. 1 meth c. 2
s lib. 2. cap. 69

REuertamur igitur vndè noſtra fluxerat oratio, fugiendæ itaquè ſunt quæquè ſint regiones lacubus, paludibus, fluminibus, ſtagniſuè circumambitæ.

Ell.

ELigatur* orientalis Regio, quam non boreales, & septentrionales venti malignam nitrositatem deferentes, morbumuè hunc generantes dominētur; non alto in loco, sed in decliui sita, quæ inter omnes regiones temperata, & salubrior esse solet. magisquè illa, quæ omni ex parte interpositis montibus ab occidente secluditur, vt docuit t Hippocrates: etenim ab ipso regio hæc veri assimilatur; & in ea morbosas aeris mutationes parum nocere putauit n Rases, tum quia æqualis ibi Cœli temperies est, tùm quia opportunæ solis actiones ibi sunt, sol enim in nostro Emispherio apparens regionem hanc primo illustrat, & quod noctù malignę euaporationis à terra in aere fortasse eleuatum sit, attenuat, & discutit, & cum dimagia hanc, quàm regiones alias, in eius diurno cursu perlustrat, meritò puriora omnia reddit, quod alijs in regionibus euenire non potest, & tantò salubrior erit orientalis regio, si salutares vēti, vt oriētales oēs, & fauonius, de quibus multa encomia dixerūt x Hippocrates, y Aristoteles, z Plinius, & a Aetius, eā perflent.

AVræ autem, ventiquè à vicino loco spirantes, de quibus b Seneca, c Vitruuius, d Hippocrates, e Galenus f Auerroes, g Aetius, & alij verba fecere, si non spirant melius erit: etenim cum exhala-

* Orientalis regio qualis salubrior pro hoc morbo.

t Locus citatis

n 7 cont. c. 6

x Lib de aere aquis. & locis.

y lib 2 metheo c. 4. et 26 prob 33.

z lib 26 c 25.

a lib. 3. c 164.

b 6. de naturis.

c lib 1 c. 6.

d 2. de dieta.

e 3 de humoribus com 13.

f 2 metheor c. 2.

g lib 3. c. 163.

tiones huiuſmodi à vicinis locis eueniunt, & non multò motu agitatæ, & expurgatæ, multum vitioſi humidi continent, & propterea corpora inequaliter afficiunt, vt Aetius loco citato dixit.

Venti ſalubres quales.

QVod ſi melior locus adinueniri minimè poſſit, venti ſaltem tales ſint, non * qui ab aquis, non à fluminibus, non à ſtagnis, non à paludibus, non à lacubus, non à cauernis, & barattris malè olentibus, non à rimoſis, non à vicinis montibus deſcendentes, non qui à locis Thermalibus exhalent, aligendi ſunt, cuius rationes breuitatis gratia relictas, in ſupradictis auctoribus legendas conſulimus, ſed tales eſſe debent * regionales venti, qui, vel à mare, vel a campis, & à terra rectè perflantes oriantur, ſicciores enim à grauiſſimis auctoribus cenſentur.

Regionales venti quales boni.

Venti regionales cur rectè debeant perflare? In 2. meth. cap. 2.

DIximus quidem rectè perflantes, * quia vt benè Auerroes * conſiderat circuendo venti ſe habent vt flumina, nam ſicuti hæc nouos riuulos ſuſcipiendo grandiora euadunt, ità illi excurrendo nouos vapores ſuſcipiunt: ſed reducamus quæsò ad praxim, quæ vniuerſaliter de bona eligenda habitatione diximus ad puerulum de hoc morbo præſeruandum.

MIttitur igitur diligens medicinæ profeſſor, cuia Aſtronomiam callet

plu-

plurimum intereſt, præceptore [i] Hippocrate, ad locum idoneum inueniendum, vbi filius principis ab hoc lethifero morbo ſeruari debeat, abſque dubio locum, decliuem ad orientem aſpectum habẽtem à parte occidentali montibus concluſum eligeret, & non à ventis borealibus, & auſtrinis, ſed orientali, & fauonio perflatum conſideraret longiſſimum quidem à fluminibus, ſtagnis, paludibus, lacubus, hortis, & ſimilibus, etſi maritimum aſpectum admittat ad mentem [k] Hippocratis melior erit, et ſi aliquantulum à ripis diſtet, tantò ſalubrior, vt Columella ſuadet, & ob id Galenus [l] Tabiam mirum in modum celebrauit, quia à mare triginta ſtadiorum menſura diſtabat.

[i] Lib. de aere aquis, & locis.

[k] lib. 1. præcep.

[l] 5. method. c. 12.

QVærit hunc locum omni ex parte expeditum, non vallatum, non multis cauernis circumfuſum, ex quibus auræ malæ, ventiquè patrij & collectis aquis eleuantur, nec non craſſus, & caliginoſus continnò fit aer, vt multæ ſunt Ciuitates in noſtra Sicilia, & præcipuè Enna, in quibus, adeo caliginoſus aër aliquando fit, vt ad meridiem vſq; vix ambulantes homines breui tractu inter ſe ſe conſpiciantur.

NEc quieſcit optimus Medicus, per contatur quidem exactè ſi a circumuicinis montibus aliqua deſcenderit * aura, quoniam nimium exiccat, ſpiritum turbat,

* Aura à vicinis montibus ſpirans cur mala.

K 2 mor-

morbosaquè corpora reddit, preceptore m Hippocrate.

m 2. de dicta

Et hoc non inueniens, neq; hunc locū eligit, sed ad altiora progreditur; & vt monet n Hippocrates, aquas illius regionis considerat, (&* meritò quidem aquarum inquisitio ad optimam valetudinem seruandam admodum necessaria est, cum nobis sit, vt aer, necessaria, nam hic ad cordis refrigerium, illa verò, vt o Aristoteles asserit, omnibus est alimento) quarum caput, & exortum obseruat, & respuendo illas, quæ ad alias plagas scaturiginē habent, eam,* quæ ad orientem versa est, de alto prosilientem suscipit, & * præcipuè si sub Piscibus, Ariete, & Tauro diffluunt.

n de aere, aquis, & locis.
* Aquarū consideratio ad optimā habitationē cur necessaria.
o 4. de generat. animal. c. 2.
* Aqua exortū habens ad orientem bona.
* Aquæ bonæ conditiones quæ.

Cernit deindè locum ipsum, eiusq; conditiones a quo fluit aqua; & quæ circa ipsum sunt,* hinc aquas a pingui terra nascentes respuit, cum hæ splendidæ haud sint, distributu ob id difficiles, & moram in hypocondrijs contrahendo obstructionē pariunt; hinc* aquas à cœno, & precipuè fœtido scaturientes tanquam gustum inficiētes, ventriculi passionem, tabem, putredinem, tandemquè mortem parturientes, damnat; hinc* labentes aquas per lapides & glarias, auctore Plinio, p citrina illuuie præcipuè indutas, detestatur; coarctane enim spiritus instrumenta, tenuesquè meatus

* Aqua non laudatæ quales.
* Aqua à cœno, & a pingui terra manātes cur malæ.
* Aquæ per lapides et glarias labētes cur malæ?
p lib. 31. cap. 3.

tus, hinc aquas * herbis, plantisq; foetidis circumambitas refellit, itemq; * eam circa quam plantæ, herbæquè oriuntur, largam, vel latam, vel vtramquè lenem, vel mollem, frondem habentes respuit, & tātò pessimam iudicat, quantò si circa herbas huiusmodi immunda sordes, & cuiusuis coloris spuma conspiciatur, hæ enim aquæ crassitiem, & viscidítatem, putredinemquè aliquando denotant.

Aquæ herbis foetidis circumambitæ malæ.

aquæ, circa quas plantæ latam, & longā, lenem, vel mollem frondem hñtes innascūtur, cur malæ?

FVgit ob id * eā aquā, circa quā nymphęa, .i. aquaticū nenufar innascitur, cum latas, lenesquè frondes admittat. Ad humanæ vitæ vsum non recipit * aquam, vbi palustres arundines longas frondes habentes germinantur, eam tandem noxiam iudicat, vbi plantago, quam barbam Syluani dicunt, innascitur; longis enim, latisq; folijs hæc planta vestitur. Relinquit eam, quæ inter bonam, & prauam media est, nempè in qua sisymbrium aquaticum seù dulces, & acres canneæ, siue vocatæ innascuntur.

Aqua, vbi nymphęa, seu nenufar est, mala.

Aqua vbi palustres arundines nascuntur mala.

ELigit * tandem eam, in qua capilli veneris, calaminci, adianthi, ceterarumq; herbarum odoris suauissimi copia innascitur profilientem quidem a sublimibus locis, vel eam, quæ præcipuè, Auctore q Hippocrate, à terreis collibus fluit, & nobilior, si collis terra argillata sit, vt r Plinius notat: percolatur enim aqua, & dulcior,

te-

Aqua bona qua.

q *Loco cit.*

r *Loco cit.*

Aqua bonitas, quomodo cognoscatur?

tenuiorque euadit.

EX* indè multis medijs aquæ bonitatem experitur, non enim ad aquæ bonitatem capessendam, ipsam ponderat, sed cum ſ Hippocrate, t Galeno, u Plinio, & Baccio, ridiculum id putat, sed x Hippocratis experimentis primò vtitur, nempè si * aqua modicum vinum ferat, & si æstate frigida, hyeme vero calida fit, postea illa y Galeni * experitur, si aqua scilicet pura, & limpida fit, nulla aliena substantia permixta, sed dulcis; percontatur habitatores, si præcordia celeriter pertranseat, si citò calefiat, & citò refrigescat. Deindè illa z Plinij * cõsiderat, nempè si hæc aqua legumina tardè percoquat, & vasa vbi cibaria concoquuntur, crassis, lapposisq; crustis cooperiantur, tandem nobiliorem * aquam censet illam, quæ præter assignatas conditiones, longo cursu perueniat.

ſ 5. aphor. 26.
t in eod comm.
u Loco cit.
x Loco cit.

Aqua bona per Hipp. qualis.
y 1. de sanit. tuẽ. cap 11
Aqua bona per Galenum qualis?

z Loco citt
Aqua bona per Plinium quomodo cognoscitur?

Aqua longum cursum faciens, bona.

REnuit denuò aquas illas, vbi aquatilia prauı succi animalia habitant, pessimaue si magnus eorum numerus sit, caudatarum scilicet, & incaudatarum, magnorumque capitum hyrudinum, buffonum, ranarum, aliorumque: quoniam putrescibilem aquam esse, hæc omnia insinuant. Bonas cum Plinio, a si innatent anguillæ indicat.

Aqua mala, quæ.

a lib.31. cap 3.

Si

SI verò scaturientes fontes, ea in Regione, vel haud sint, vel malas aquas præbeant, non indè Cysternæ * aquam pluuialem, quæ ad b Hippocratis mentem citò putrescit, & malè olet, in pueri vsum eligit, cum eius materia ex pluribus constet, nam Cysternā enim variæ pluuiales aquæ ingrediuntur, procellarum scilicet, niuis, grandinum, æstiuæ, itemq; auctumnales, & hyemales, pluuiæ cum tonitruo, & labrecetæ.

* Aquæ pluuiales cysternæ cur malæ? b locis cit.

PRimæ * malæ sunt, & crassæ, varijsq; insignatæ qualitatibus, eas iuxta ventorum naturam concomitantibus, hinc * procellarum aqua cum Borea descendens, frigidior; cum * Austro, calidior, & salsa; obidquè citrà obstructioné, & Hippocondriorum distensionem, afflictiones in sanguine promouet, cum per eam diuersis humoribus non sibi familiaribus, sanguis ipse repleatur.

* Aquæ procellarum cur malæ? * Aqua procellarum descendés cū borea frigida est. * Aqua procellarũ descendens cũ vento austrino calida, & salsa est.

SEcundæ * pessimæ, & * Tertiæ deterrimæ sunt, ambæ enim hæ frigidiores, crassiores, crudiores, ponderosæ, reliquisuè alijs pluuijs aquis turbidiores existunt, obidq; præcordia non permeant, cibum non humectant, alimenti distributionem in corpore impediunt, inimicissimæ denuò secessui, acutorumq; morborum auctores sunt ventriculo itidem, intestinis, pectori omnibusuè neruosis partibus aduersantur, sterilita-

* Aquæ niuis cur pessima? * Aqua grandinum cur deterrima.

litatem diſponunt, vterū gerentem aborti-re faciunt.

** Aeſtiua aqua pluuialis cur mala?*
** Autumnalis aqua pluuialis cur mala?*
** Aqua Hyeme pluens cur mala?*
c. 9 Epid. ſect. 4.

QVarta, * & * Quinta ſiccis exhalationibus refertæ, nitroſæ ſunt * Sexta, præ frigore craſſa, Septima, (dicat quid quid velit Arabum Princeps) ad c Hippocratis mentem æſtuoſa eſt, nam citò in ventriculo, hepate, venis, & corde æſtum quam maximum inducit, vndè chilum, ſanguinemuè peruertit, fœtus producit, exiccat, & mordicat, febres putridas, billioſas præcipuè, hecticaſuè, & hydropeſim inducit, infirmo capiti infeſtiſſima exiſtit. * Vltima tandem, quia citius, & nymbo illabitur, humidiſſima omnium, & viſcida, putredinique admodum obnoxia eſt, pluuiales igitur aquas quæuè ſint, & præcipuè ſtabiles arte detenctas, propter multarum pluuialium aquarum collectionem, rationibus, ſupradictis, ſapiens medicus reſpuit.

** Aqua librotera ſeù nymbi cur mala?*

** Aqua torrentū, & fluminum cur malæ?*

NEque eam * Torrentum & fluminum eliget, hæc enim licet longo itinere percurrat, ratione tamen lapſus per opaca, & coarctata loca, ſaxea, thophacea, frondibus, alijsq; putridis referta, à calore externo exuſta, a pluuialibus aquis cuiuſquè conditionis, hyeme multiplicata, continuo in itinere, vt conſiderat Auerroes, diuerſis aquis paruorum fluminum, & riuulorum in eo ingredientium ſaturata, non niſi improba

ab

Digitized by Google

ab Hippocrate Galeno, Ruffo Ephesio, Auerroe, Aetio, & alijs iudicatur (licet Tyberis, Nili, Coaspis, & Eulei aquæ communi voce celebrentur, permisit enim Deus Omnipotens, vt variarum, mirabiliumque rerum Auctor demonstretur, vt hæc* flumina grandes & perennes fontes recipiant, per quos optimam rerum trahéunt.) Frigida enim, & crassa est, calculos renum, nephriticas passiones, vrinæ stillicidium, ischiadas, hernias, aluumque siccam facit.

*Tyberinæ aquæ cur laus?

IMprobat* stabiles, palustres scilicet, lacustres, stagnantes, aliasque stabiles aquas arte collectas, quoniam stabiles cum sint omnibus, & Cœli, & Solis, & ventorum, temporumque mutationum iniurijs expositæ sunt, nec non multarum aquarum specie differentium, pluuialium scilicet, multorumque congregationem suscipiant; Vnde æstate calidissimæ, & biliosæ, hyeme verò frigidissimæ, & pituitosæ euadunt.

*Aquæ stabiles quæque sint cur malæ?

INdè* benè callet optimas aquas non inueniens, in imo terræ incausé existere aquas tùm continentes, tùm seruantes, quadem ratione, qua in animantis venis sanguis, & continetur, & seruatur; Has adeò considerat, multosque puteos obseruat, qui *fontes subterranei cùm sint, aliqui eorum operi meritiam censentur; & ideò puteorum *non profundorum aquam refellit, eò quia à

*Aquæ subterraneæ eodem modo continentur, et seruantur, sicut sanguis in venis.

*[illegible]

*Aquæ puteales non profundæ cur non laudetur

L solis

solis radijs, calidoquè aëre, terræ superficiem per partem post partem æstate incalescente, hyeme refrigerante talis aqua æstate calida, hyeme frigida euadit. Vndè aduersam optimarum aquarum qualitatem acquirit, & propterea à lacustribus, alijsuè stabilibus aquis parum distare videtur.

* Aquæ coarctatæ putei, cur malæ?

REspuit etiã * eas, quæ in coarctato puteo manent, cum aeris perspiratu ad motum, & conseruationem ipsarũ aquarũ valdè necessario minimè fruantur.

* Aquæ puteales longè à scaturigine suis seruatæ cur malæ?

NEquè eas * aquas eligit; quæ longè profundiores à scatebris seruantur, vt aliqui puteos suos facere solent, quoniam ità in meatibus terræ aqua seruatur sicuti in venis animantis sanguis, vt omnes rerum naturalium philosophantes fatentur, à quo secta consequentia deducitur, nempè sicuti sanguis extrà venas corrumpitur; ità extrà meatus aqua vitiatur; & ideò * ampla putei effossio potius laudatur, quam ab aquarum scaturigine profundior, in amplo enim loco liber aeris ingressus tribuitur, per quem aqua agitata conseruatur.

* Putei ampla effossio melior, quam profunda.

* Terræ conditiones in effodiendo puteo considerandæ quales.

VIgilantissimè etiam prospicit peculiarem loci conditionem, vbi puteus * effossus est, cuius nam conditionis sit terra, salsa nè, nitrosa, gypsea, sulfurea, alijsquè alienis qualitatibus insignita, quibus aqua vitiosè inficitur.

Ca

CAuet,* nè putei latrinis, communibus ductibus, fluminibus, paludibus, lacubus, stabilibusuè aquæ propinquiores sint, quibus per longos terræ meatus, patentesquè poros eorum aqua communicari solet, & illam putei bonam vitiare.

* Aquæ puteales, vbi sunt latrinæ, & communes ductus omnes insalubres.

ELigis tandem profundioris putei aquam, vbi naturalis antiperistasis fieri solet, quò externæ solis, aërisuè iniuriæ penetrare nequeunt, vbi terra purior est, & externæ superficiei terræ sordities ad eam permeare non valet, hinc fit, vt * aqua pura, limpida, æstate frigida, hyeme calida seruetur.

* Aqua putealis qualis bona.

* Bonæ aquæ conditiones quæ.

ET profundioris putei quidem ampli, & parum distantis à scaturibus quantum hydria aquam puram, & non turbidam haurire potest, laudat; & tandem post quam omnia, quæ de fontibus scrit, expertus est, eamq; omni bona cōditione insignitam adinuenerit, cum d Hippocrate præstabilioribus fontibus comparat; licet e Aetius, f Auicennas, & g Rases aliter sentiant. Quod si bonæ putei * aquæ continuò hauriantur, probriores fieri dixit h Plinius eò quia, quod à scaturibus tanquam è venis egressum, & immoratum extrahitur, & noua nō vitiata scaturiens admiscetur, quodque remanet continuò motu elaboratur, & attenuatur [illegible]

d loco cit.
e lib. 3. c. 165.
f lib. 1. fen. 2. doct. 2. cap. 16.
g lib. 1. continētis cap. 37.
* Cōtinuus aquæ putei haustus cur probriores faciat aquas?
h loco cit.

[illegible]

VErum [illegible] quam-[illegible] conil [illegible] habe-re[illegible], à distantissimis etiam partibus [illegible] transferre quid interest [illegible] optima [illegible] ludo [illegible]

j Loca [illegible]

COgnitis igitur loci situ, & aquis [illegible] Hippocratis praecepta, alia [illegible] [illegible] verba mente [illegible] quae huius-modi sunt; [illegible] etiam, agrosuè eius perspicuo, [illegible] nuda, & sine arboribus, si-[illegible] & sine aqua, [illegible] arboribus con[illegible]; & [illegible] [illegible] sit; [illegible] frigidoque; hominumquè victu, nutricatumuè, qua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sic po-tores [illegible] desides, vel contra [illegible] [illegible] potiuè, & cibo non multo vtantur, haec enim singula ex his consideratio, si quis iam haec benè cognoscat, [illegible] plurima, numquam eum, qui in Vrbem sibi ignotam venerit, peculiaria loci eius mala, nec communis [illegible] [illegible] natura, qualis sit, adeo late-bit.] Haec igitur pauca, sed multis [illegible] recondit [illegible] bonus Medicus [illegible] [illegible] terram primo, [illegible] con-ditiones, agros [illegible] homines [illegible] considerat, ex [illegible] conditionibus sa-lubritatem [illegible] cogno-scit, * etenim sicca, & non multis aquis

* Sicca terra cur multum faciat ad salubritatem.

-aV : I irri-

benigna terra, ad salubritatem quam maximè facit, contrario modo se habente terra, multis aquis irrigua, pinguis, & uliginosa.

A Rgillosa * verò terra, & lapidosa, licet sicca sit, tamen quia qualitatibus hae modum excedunt, corporibus humanis inimica redditur, symmetriae enim qualitates ad corporum conseruationem esse debent; & propterea bene Oribasius argillosam terram malam iudicauit, eo quia exhalationem quandam humidi radicalis inimicam, quodcunque corporis dissoluentem emittit. * Russam verò nimis corporis exiccatrem indicat. Lapidosa * verò loca, & saxosa aestate aestuantia, hyeme verò nimis frigida redduntur; omnis enim qualitatum excessus in densiori materia magis imprimitur.

Argillosa, & Lapidosa terra cur mala?

Lib. collectan. cap. 16.

Habitatio ubi terra rubra est, cur insalubris?

Loca lapidosa, cur insalubria.

I Temque terrae glebam * Oribasio praeceptore capias, eamque aqua perfundito; si in suo odore manet, bona; si verò * odorem, ac è carbonibus extinctis fert, malam esse determinat, vitiosa enim, & suffocatiua admodum exhalatio ea in regione elevatur, & ideò anguis peius fugienda,

Terra bona quo modo cognoscatur?

1 loco cit.

Terra mala quae

E Adem caussa derelinquenda est * regio est, ubi metalla adinueniuntur.

Regio ubi metalla sunt mala.

O Ptimam * nigram terram praedicatur, quae aqua madefacta terrenum odorem spirat, sed praestantiorem, si suaui odore redolet; hanc dicata periqua Hipp. verba cōsiderat,

Optima terra qualis.

Ad

* Agri malis herbis vestiti insalubres.

* Agri salutares quales.

m 5. Met. c. 22.

* Agri insalubres quales.

AD secunda deindè trāscendit, agrosuè recognoscit, si nè herbis, arboribusuè vestiantur, si minimè vestiuntur, inordinata siccitas prædominatur. Si verò vestiuntur, quibus nam herbis, & arboribus induantur, * etenim si malis, & venenosis herbis, malisquè arboribus agri illi cooperiuntur, malam eorum habitationem existimat. Si * autem bonis herbis, arboribusuè tanquam bonam auram spirantibus ornentur; salubrem habitationem esse statuit. Hoc Hippocratis præceptum imitatus est m Galenus, qui Tabiam salubrem recognouit, quoniam spōte per eius agros herbæ bonæ nascuntur. Hinc astronomicus Medicus, herbarum, plantarumq; naturam mirè callens, bonas herbas esse iudicat Pulegiū, Origanum, Thymum, Apium, Anetum, ceterasq; odoriferas, & commestibiles, ex arbutis, lentiscum, hederam, arbutum, aliosq; bonum spirantes odorem. Ex arboribus boni censentur commestibiles fructus ferentes, odorososuè flores generantes; Detestatur habitatio illa, vbi Nemora nucum, malorum, populorum, aliarūq; infructiferarum arborum aderint; vitiatum siquidem aërem seruant eodem modo tanquam insaluberrimam habitationem illam tenuit, in cuius campis herbarum venenosarum copia innascitur, cicuta nempè, Genestæ, Lupini,

pini, Coriandri, Mandragoræ, Papaueris, Hyoſciami, Napelli, Ranunculi, Aſinini cucumeris, Mezerij, & ſimilium.

PErcontatur * etiam ſi Agri optimum, vel malum fructum ferant; ſi tardè cũ ᵃ Oribaſio, vel citò matureſcãt, & ſi odoratiores ſint, & ſi meſſes cęteriquè fructus, poſt quam fuerint collecti, incorrupti diutius nè, vel citò corrumpantur.

* Boni, vel mali agri indicia, quę. n 9. collect. c. 17.

ET tandem Tertiam Hippocratis doctrinam obſeruat, * proſpicitq́, homines, & præcipuè mulieres, puerosquè. (cum ratione eorum naturalis humiditatis, qualitates malas magis ſuſcipiunt.) Si benè colorati, floridi, & ſucci pleni ſint, itemquè, & animalia, & Canes præſertim tanquam ſymboleitatem cum homine habentes eodem modo reſpicit.

* Aſpectum hominum ad bonã, et malam habitationem cognoſcẽdam plurimum facit.

INterrogat etiam habitatores, ſi deſcriptis à Palladio optimi aëris conditionibus fruantur, cuius talia ſunt verba [Qui optimum aërem inſpirant, colore ſunt ſano, firma illius capitis ſinceritas, inoffenſum lumen oculorum, purus auditus, ac fauces commeatum liquidè vocis exercent] Additq́; ᵃ Oribaſius ſomnos ibi ſuauiores capi, & animum à viſis inſomnijs nequaquam perturbari contingit.

ᵃ loco cit.

ET tandem licet optimas omnes ſalubris regionis conditiones adinueniat, di-

diligenter inquirit, fit nè infortunatum * Astrum hanc bonam regionem aspectu, & influxu eius in malum permutans? Etenim id sæpè contingit bonas regionum naturas, & qualitates à maligni alicuius Astri influxu permutari, & hominum aduenarum præcipuè vitam infestare, quod si clarè Astrologicæ facultate cognosci nequit, vt aliquando contingit, id ab habitatoribus percontatur. Hæc medicus sapiens ad salubris habitationis electionem exactè perscrutatur, in qua ab hoc morbo Principis filium præseruat.

* *Astri infortunati influxus bonam Regionem insalubrem reddit.*

ET * quoniam non omnibus velle, & posse datum est, vel quia multi aliqua dè caussa fugam arripere, alienamq; habitationem eligere nolunt, non adeò humani indiuidui gubernatrix, & conseruatrix Medicina sine præseruationis auxilijs homines destituit; cuius opum Medicus sapiens dispensator est, propterea vt distinctè procedamus, quædam præcepta ordinare necesse est.

* *Qui fugam arripere in alienā Regionem noliūt, quomodo sunt præseruandi.*

ET primo dè aere in quo virulentia seruatur considerandum primò est, ob id omni via aerem medicatum reddere insudandum est, vt venenositas ipsius extinguatur, & cum ad respirationis vsum attrahatur, Puerorum Paristhmiæ minimè inficiatur; non * quidem publicis lignorum rogis

* *Aer in hoc morbo cur non igne accenso per publicas Ciuitates vias purificandus.*

accensis, vt in Atheniensi peste Hippocrates fecit, quoniam cum ex siccitate aëris venenositas hæc producatur certò caussam virulentiam hanc generantem foueretur magis, sed particularem Aulæ aërem, vbi pueri habitāt, rectificare sufficiat. quoniā aër ille * domesticus paruæ, molis, melius purificatur, qui vt possit purus reddi, hæc omnia obseruentur.

* Aer domesticus quomodo purificandus

IAnuæ, fenestræq́, domus vitreia, & ceratis telis occludantur, & manè, seroquè domesticus aër suffumigetur, vt purus, medicamentosusuè reddatur, cuius suffumigij natura esse debet, quæ peculiari quadam intrinseca virtute, & manifestis etiam qualitatibus virulentiæ obsistat. Intrinseca quidem virtute venenositatem extinguat, & manifestis qualitatibus quantum possibile sit, acredinem ipsius, & mordacitatem obtundat, cuius suffumigij forma huiusmodi erit.

℞ succini vnc. j.
radicis gentianæ,
& ireos an. ʒ iij.
puluerizentur, & cum succo Anagallidis,
& sonchi. q. s. f. trocis:

QVi ad particularem hanc venenositatem extinguendam plurimum va-

 lent

lent, quinq; .n. peculiaribus, & efficacissimis simplicibus, Succino nempè Gentiana, Iride, Anagallide, & Soncho construuntur; de quorum efficacissimis virtutibus inferius dicemus. hoc enim suffumigium, nè dum aërem ab inquinamento venenoso mundat, verum caussa est, vt aer ille attractus viscera permeans, & ea roboret, & omni mala qualitate interius genita liberet, indeq; malignum quidpiam in venis, aliisq; latibulis latitans extinguit; ob idq; corpora seruat, qua in re duo notanda veniunt, vnum quidem nè trocisci suprà accensum carbonem adurantur, * exhalatio enim, & odor carbonis accensi pessimus, & suffocatiuus admodum est: dicebat enim Arabum Princeps, [& caueas ab odore carbonis, & domus recenter fabricatæ] fiant igitur carbones accensi ex optimis lignis, nempè ex palmitibus vitis, lauri, roris marini, aliorumquè lignorum optimi odoris.

* Fumus accensi carbonis cur malus.

ALterum verò, vt munda semper ab omni sorde sit domus, nè conclusus aër malam qualitatem acquirat, Verum singulis tribus diebus circa meridiem per horam aperiantur fenestræ, vt aëri domestico aliqualis ventilatio tribuatur, iterum deindè claudatur, statimquè suffumigium fiat, vt si quid per noui aëris ingressum vitiosum fuerit introductum, citius extinguatur.

Fe-

FEnestras * autem meridie aperiendas esse diximus, quia alijs temporibus infestissimum iudicamus, equidem duplici de caussa venenositas hæc in aere noctu, & dilu culò magis inualescit, & quia recedente sole aer refrigescit, & malignus vapor calidus cum sit suum contrarium respuens vnitur, & validior inficiendo euadit, philosophicè huic rationi exemplum * æstiuæ pluuiæ addimus, quo in tempore pluuiæ guttarum grandium contingunt, quoniam aqua aeris caliditatem eius contrarium persentiens nymbosa, magnarumquè guttarum decidit, frigiditas denuò aeris, cuius proprium vnire, & condensare est, malignum vaporem à solis calore disgregatum denuò vnit, & vnitus magis inficit, & ideo nocturnus, & matutinus serenus infestissimus est, hæc est etiam ratio cur hæc lues hyeme magis quam æstate, & inficiendo, interficiendoquè sæuiat.

* Fenestræ cur meridie in hoc morbo sint aperienda.

* Pluuiæ æstiuæ cur guttarũ grandium sint?

DIe autem ex calore solis omnem malignum vaporem aeris dissoluentis maligni vaporis acuties infringitur, & minoratur, tùm quia multa eius portio consumitur, tùm quia quod remanet disgregatum, & rarefactum per aerem innatat, disgregata enim virtus ad operandum segnes est.

QVod si egredi de domo puerum necessè erit, non noctù, vt dictum, sed

M 2 diè

die, tribus saltem horis post quam sol nostrum illustrauerit orbem, & si sub meridie melius erit, verum dũ ambulant, * Gentianæ radicem in ore detineant, quæ nè dùm ab omnibus in peste commendatur, verum maximoperè huius præsentis morbi virulentiæ aduersatur, vt inferius probaturi sumus. Equidem aëris ad respirationis vsum destinati delateriam qualitatem mirè consumit, vndè fauces medicatus, & præseruatiuus pertransit.

* Radix gentianæ in ore detẽta, præseruat ab hoc morbo.

ET si puerũli sunt in ore radicem hanc detinere nescientes, radix huiusmodi in puluerem redigatur, & cum syruppo aliquo admixta puero præbeatur, vt tota, & oris, & faucium regio hoc medicamento imbuatur; & nec abs re erit * oleum ex radice hac arte chimica extrahere, & indè nares ad aeris transeuntis purificationem inungere.

* Oleum gentianæ arte chimica extractũ, si pueruli naribus inungatur mirè ab hoc morbo præseruat.

CAueant * angue peius parentes suos filios secum gerere, vbi puerulus alter hoc morbo infirmatur, & si in domo eius contiget, statim alios pueros valetudine fruentes separent.

* Visitatio aliorũ ægrotantium interdicenda.

SEd ad præseruãdos pueros ab huiuscemodi lue nullum efficacissimum remedium adinuenimus, quam pueros purgare, & * cauterium in brachio aperire, quod si in peste ad præseruandum plurimum valet, vt

* Cauterĩ brachio affixũ, mirè ab hoc morbo præseruat.

vt in nostro discursu de peste, & rationibus, & experimento probauimus, magis in hoc morbo, qui, post quam genitus est, a cerebro materiam transmittente, fouetur.

PRohibeatur * inordinatus motus, vociferationes, ludiquè inordinati, vt puerilis conditio est, quoniam corpus incalescendo coguntur ad respirationem aeris copiam attrahere, simulq; fauces quodammodo incalescentes occultum illud aeris vitium facilius suscipiunt, moderatus tamen sit ludus, moderata omnia concedantur, nè plurima ab otio excrementa congenerentur, & in morbos alios acutos incidant.

* Motus, & vociferationes inordinata faits ad hunc morbum disponit.

Cibus sit optimus, & omni tempore optimis carnibus vescantur, abstineant à * dulcibus, ab aromatibus, à calidis omnibus, à salsis, vinisquè meracioribus, hæc omnia acrem humorem generant, qui indè maximoperè morbum hunc pessimum augere potest.

* Dulcia, salsa meraciora vina & aromata prohibēda sunt.

VERA ISTIVS DETERRIMI Morbi Curatio, multis Capitibus distincta, describitur.

Caput. IX.

MVLTA de hoc morbo describere potuissemus, sed quia dùm longis orationibus tempus cōterimus, morbus intereà absquè remedio magis in dies serpit, proptereà ea, quæ Reip. Generiq; humano vtiliora sunt, festinanter describere cogimur: ob idq; curationem veram, & germanam fidissimo experimento confirmatam, in medium adducere aggredimur; quia in re antequam curationis exordium sumamus, animaduersiones quasdam vobis vtiles vt resciscatis volumus.

PRima quidem animaduersio erit, vt nè Medicorum Scholarum more faciatis, qui aliquos extremum fatum degustare videntes ad alia remedia transeunt, hi enim, tùm ab Hippocrate, tùm a Galeno, tumquè ab omnibus in magnum risum habentur, sancitum est enim ab a Hippocrate, [Omnia secundum rationem facienti, si non suc-

a 2. aphor. 52.

cedant

cedant secundum rationem, non est transcundum ad aliud stante eo, quod a principio visum est.] omnia enim secundum rationem facere, nil aliud est, nisi prudenter omnia disponere, * officium siquidem Medici, vt sæpè Galenus docuit, sanare non est, sed appositè curare ad sanandum, appositè tunc curat, quando morbi essentiam, eiusq; caussam cognoscit, quibus indè cognitis debita, opportuna, & tempestiua remedia applicat, vt sanare possit, quæ sanitas non officium, vt diximus, Medici, finis tamen medicinæ est; quem diligentissimus etiam Medicus non semper * assequitur, duplici præcipuè de caussa, vel ratione morbi, vel ratione Aegroti, ratione morbi, vel quando per se magnus, cacoethe, & lethalis existit caussam habens malignam, & rebellem, & natura per consequēs ad quam spectat omnia conterere, debilis inuenitur, Ratione * ægroti, quia eius corpus fortassè subiectum sanabile haud est, vel quia eius naturalis calor debilis, vel viscera oīa discrasiata, corpus cacochimam teneat, in quo, medicamenti virtus actuari nequit, ad quæ omnia sapiens medicus animum recolens non trepidat, & Chamæleōtis instar millies in hora curatiuam intentionem, infinitaquè medicamenta variat; sed stat, si omnia a principio secundum rationem fecit, etiam si secun- ... dum.

* Officium Medici quale.

* Medicus cur nō semper sanet.

* Aeger quot modis insanabilis redditur.

Medico quãdo conueniat intẽtionem curatiuã mutare.

dum rationem non succedat. Mutat tunc Medicus * curatiuam indicationem, quando morbi essentia permutatur, morbusuè in aliam degenerarit naturam; & ideò si in hoc lethali morbo hac recta curatiua methodo, & remedijs applicatis aliquos obire videritis, non indè ad aliud transire debetis, hæc enim intellectus infirmitas intẽtionem curatiuam mutandi etiam in Plenitudine, Angina, Voluulo, in Peste, alijsquè perniciosis morbis inesse deberet, quibus, licet à medicinæ candidatis vera methodus curandi tributa, satisquè discussa fuerit, maior ægrotantium numerus perit;

Vlcus syriacũ cuib' rationibus ferè incurabile est

ET modo multæ aliæ rationes sugeruntur, quibus morbi huius sæuissimi difficilis curatio demonstratur, * etenim quatuor in hoc morbo considerantur contrariam exposcentes indicationem, vlcus scilicet, ipsius putrilago, & sordes; Inflammatio, & venenositas, vt vlcus exiccantibus eget, hæc inflammationem augent, putrilago abstersionem postulat, Inflammatio temperatis lenientibus, & anodinis, quæ cum laxandi vim habeant vlcus in maiorem putrilaginem ducunt, sed cum à fluxione inflammatio fiat in principio repellẽtibus indiget, quæ ab vlceris venenositate contraindicantur, hinc mirandum non est si infęlix curatio, & infaustus huius morbi euentus expectatur. Ad-

ADdit etiam curationi infœlicitatem puerile * corpus, in quo morbus ipse fundatur, quod resolubile, & remedijs inobediens se habet, vt in prognosticis diximus. Curet igitur Medicus omnia secundū rationem facere, quia tunc benè suo officio fungitur.

* Puerile corpus hoc morbo affectum cur difficile curatur?

SEcunda animaduersio erit, vt hoc in morbo remedia haud procrastinetis, sed ea subitò administretis, cum morbus iste sæuus à principio vigeat, & rapidè ad vltimam vitæ metam pueros perducat.

ET tandem curetis nè pueri hoc morbo affecti quoquo modo plorent, vociferent, aut cantent, quoniam fauces vlceratæ magis exacerbantur, ad quas humores fluere possunt, & inflammationem augendo, ipsos suffocare, his igitur consideratis antequam curatiuam praxim describamus, in quædam capita redducamus, quæ, circà curationē controuersiam, maximoperè patiuntur, vt indè aliorum errore cognito, veram ex hoc curationem hauriamus.

IN CVRATIONE ISTIVS MORBI, *Aëris puritatem primò habendam esse statuimus. Caput. X.*

NESCIO quomodo Doctores curationem istius morbi tractantes de aere, ex quo morbus ipse fit, quidquã cogitarint; quod si in omnibus morbis * de aëre primò ratio habenda est, tantò magis, & in hoc, cum omnes Epidemicum morbum esse statuant, & propterea nè dùm aërem ab inquinamento esse repurgandum, sed medicamentosum reddere consulimus, vt Aegri ex attracto aëre ad respirationis vsum in transitu vlceris lethiferi medelam subsceptent, visceraquè omnia à labe illa præseruentur, simulq; Adstantes, Mediciq; in Aulam infirmi ingredientes ab inquinato illo aëre præseruentur domesticus enim aër ille nè dùm per se vitiosus est, sed a virulenta ægri respiratione malignis fuliginibus inquinatus seruatur, & propterea ægri domus sæpè suffumigijs illis admirabilibus eo modo, & forma, vt in præseruatione diximus, suffumiganda venit, melius .n. ægro hoc modo euadet, quam aliqui facere solent, qui * ab aliquibus suffumi-

* Aer primo in hoc morbo purificandus, & quomodo?

* Suffumigium ore absumptum cur malum?

migijs vtuntur, eaq; aperto ægri ore suscipienda curant, talia enim suffumigium, & ratione caliditatis, & ratione acredinis ipsius fumi, cerebri materiam colliquando, caussa erit, vt ad affectam partẽ, veluti nymbosa pluuia, materiæ copia destillaret, & ægrum de repente suffocaret, & hoc quidem facilè contingit, tùm quia cerebrum magis, quam alias partes ratione vicinitatis antecedentem caussam transmittit, tùm quia superius est caput, inflammatio autem infrà, ad quam ratione ipsius caliditatis attracta materia, & præcipuè descendens facilius præcipitatur.

SEd * suffumigium per totam aulam factum antè quam ab ægro per respirationem attrahatur admixtus eum aëra omnem externam caliditatem deponit acredinemq; deperdit, solumquè medicamentosa, & belzoartica virtus remanet.

* Suffumigium quomodo faciendum ad purificandum aerem.

NEc aliquos laudare valemus, qui aërem alterare faciunt suffumigijs quibusdam * calidis, ex Lauro, Anthos, & similibus, nescientes attractum hunc vaporem inflammationem augere, & virulentiæ acuitẽ intensiorem reddere, talia enim suffumigia esse debent, quæ qualitatibus manifestis inflammationem, & acredinem haud augeant, & occulta virtute vim belzoarticam admittant, quale suffumigium

* Suffumigia calida cur mala?

nostrum esse constat.

* *Suffumigium ex aceto malum.*

NEc * acetum per domum inspergere, vel eum bullientem in olla in vaporem consumere bonum iudicamus; cum acetum mordacitatis gratia vlceribus inimicum, vt inferius patefaciemus; proindè aërem Medici isti non contrarium, sed morbo suffragantem præparant.

SEd quando aliquorũ suffimigium intelleximus, non potuimus non admirati, quo ad Aulæ aeris rectificationem vtitur, nec chachinnis Democratis temperare valuimus, instituit quidem comburendum esse * sulfur per aulam ægroti, vt statim puerulus à vita ad mortem transiés, à doloribus, morbiq; tyrannidè liberaretur; suffocat enim sulfuris vapor, inflammationem auget, victus stimulat, foetoreq; confractas vires à morbi virulentia exoluit. Quod si bonus Medicus aëris substantiam rectificarit, nec ad eius qualitates accommodãdas Deses esse debet, ob id * in qualitatibus aër non frigidus, quia frigidum vlceribus inimicum est, nec non læsæ partis poros constipando venenositatem ad interna, ad guttur nempè pulmones, & cor repercutit, inflammationemquè transpirare non valentem, auget; omni etenim tempore aeris frigidioris per huiusmodi partes ingressum natura renuit, vndè tot construxerit instrumenta, vt per ea

* *Sulfuris suffumigium in hoc morbo perniciosum, & suffocatiuum.*

* *Suffumigium frigidum cur vitandum?*

V. aer

aër refractus, temperatus indè intromittatur, vt per Anatomicas lectiones intellexistis; tantò magis igitur aër modo frigidus renuendus, quando has partes læsas habemus, addimus etiam frigidum aerem cerebrum exprimere, destillationemq; ad affectam partem maximo cum ægrotantis periculo refundere.

NEquè * ad calidum admodum domesticus aër vergere debet, vt aliqui facere solent, auget enim inflammationem, caputquè calefaciendo, tùm quod in ipso est colliquat, tùmquè ipsum cogit vaporibus impleri, indeque ad fauces affatim destillare, vndè spatijs illis angustissimis isthmi, fauciumquè repletis de repente æger suffocatur.

* *Suffumigium calidum cur malum?*

NEc ad * humidum declinandus est aër, quoniam attractus, & per partem affectam transiens ipsam, relaxat, effoeminatquè, vndè certò ipsam ad fluxiones recipiendas promptam reddit; nec non caput laxãdo copiosæ fiunt destillationes, & proindè malè faciunt, solum domus multa aqua perfundere, & virentibus arundinibus, frondibusquè varijs, aquarumq; fontibus, & ludis arte constructis, aerem humectare.

* *Suffumigium humidum cur respuendum?*

SIt igitur * aër in hoc morbo in actiuis qualitatibus temperatus, in passiuis

* *Quale debeat esse suffumigium describitur.*

ve-

verò ad ſiccum vergens, temperatis enim qualitatibus inflammatio gaudet, & remittitur, eiusq́; pori, per quos fuligines expurgantur, & exhalant, & reſerati, apertiquè ſeruantur, moderata poſteà ſiccitate vlcus fruitur, quam aër domeſticus ſuffumigijs noſtris acquirit.

EXTREMA INEDIA, ET EXquiſitè tenuis victus, ſicuti, & admodum plenus in hoc morbo reſpuuntur. Qualis tandem victus ratio adminiſtrãda ſtatuitur.
Caput. XI.

SEd multos videmus, qui magis, & ipſi puerorum animas, quàm morbus ipſe deuorant, quorum bipartita eſt ſecta. Alij extrema inedia vtuntur
p 1. aphor. 7. doctrinam p Hippocratis veram tamen, ſed malè perceptam in medium adducentes, qui dixit; vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt; vbi vero non, ſed pleniorem victum
q 1. aphor. 11. cõtingit adhibere. Et q alibi; quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit; his ſtatim tenuis victus adhibendus eſt, vndè extremam ine-

diam

dam in hoc morbo instituendam esse concludunt, cum ipse peracutus morbus sit, & breuibus diebus pueros iugulet, nesciẽtes quidem sententias huiusmodi, multasq; similes, quas pro eis afferre possemus, cum præsenti morbo minimè concordari; cum Hippocratem, * classici Doctores omnes, quorum multus est numerus, de morbis ex cacochimia, non tamen ex corruptione, & venenositate productis locutum fuisse statuant, quorum satis vulgatas sententias non afferimus, quia apud Medicinæ candidatos, ad quos semper orationem nostram dirigimus, lucernam sub meridie asportare videremur; cuius clarissimæ veritatis sol r Galenus est, qui victus rationem à natura morbi indicatam describens hoc modo procedit, aut morbus à corruptela, aut ex defectu, aut à regulata putredine, seu cacochimia producitur, si à * corruptela morbus fiat cibo medetur, cum corruptio quæ veneres sua venenositate resoluit cibo attemperetur, se habet enim corruptio in corpore, ecut incendium in domo, in quod si copiosa aqua haud effundatur, domus tota incendio deuastatur, verum enim verò nisi corruptio, in qua innata voracitas bonos corrumpendi humores, in suique naturam vertendi inest, cibo attemperetur, alimentitios humores corrumpit, ex quo spirituum, calorisq;

re.

* Victus exquisite tenuis quibus morbis competat.

r 1. aphor comm. 17.

* Morbi ex corruptela quem victum indicant.

resolutio contingit, & propterea, qui corruptelam in corpore habent, voracissimam Beluam, substantiam, spiritus, & calorem depascentem in visceribus seruant; ideoq; rapida hac corruptelæ fames cibo saturata attemperatur, omniaquè interea ad vitã spectantia, alimentitius humor, spiritus, & calor, ac arte seruantur: & ideò illustriores Doctores extremam inediam corruptionem augere firmitus tenent.

f loco cit. Verum f Galenus in morbis à corruptela ortum ducentibus hac victus lege vtitur, si vires scilicet debiles extiterint parùm, & sæpè cibum tribuit, parùm ratione exigui caloris, cui tanquam agenti, pabulum tanquam passum, proportionari debet, alioquin flammæ instar à lignorum massa, & lucernæ à multo affatim effuso oleo debilis virtus suffocaretur, sæpè quidem ratione corruptionis attemperationem expostulantis.

Si verò cum corruptione virtus valida adhuc seruatur, multum, & sæpè cibum propinat, multum, quia calor multus per validam virtutem indicatus illud digerere valet, sæpè quia talis adiectio corruptelæ attemperatio est.

Si morbi fiant ex defectu substantiæ, eodẽ modo procedendum suadet; quia defectus adiectione eget, & hoc est Medicinæ

a 21 opus

opus iuxtà t Hippocratis definitionem, Adiectio nempè, & detractio, addere quidem vbi substantia deperdita est, detrahere vbi inutiliter superfluit, & eò magis si vitiosa sit. (t lib. de flatibus)

SI autem morbus à regulata putredine, & cacochimia ortum duxerit, rarò, & parum cibi assumendum esse docuit; parum, quia cum virtus à venenositate non existente minimè dissipetur, non eget proindè alimonia, rarò, quia calor humorum copia obrutus, ad illud parum concoquendum multò temporis interstitio eget; melius est etenim dùm regolata est putredo, in qua nulla venenositas vires resoluens inest, vt calorem sinamus illam consumere, vt indè à sarcina, sub qua anteà premebatur, vindicatus, vigoretur, residuum conterat, perfectiores actiones edat, quam multò denuò iniecto cibo ipsum suffocare. Et ciborum huiusmodi parsimoniæ eò magis vtendum cõsulit, si in morbus à cacochimia regulata, & pletoria dependentibus valida virtus fuerit, quia eò tunc vires non egent, & parum illud sufficit, vt præseruentur, absque eo quod ab humorum coctione natura distrahatur, quæ etiam omnia viribus permittentibus obseruanda veniunt, iuxtà illud u Hippocratis Coniectari autem oportet, an æger sufficiat cum tali victu perdurare, (u 1. apher 9.)

O donec

donec morbos consistat, & tùm quid prius ille deficiat. Et nè cretensis testis videamur, formalia Galeni verba hic describimus [nã si ægri vires fuerint infirmæ, & corporis affectus sit ex humorum corruptione, aut defectu ortus, alimenti parùm, & sæpius dabimus ità affectis, parùm quidem, vniversim magnam copiam virtus infirma ferre non potest, sæpius autem, quia multis affectus indiget, nam & adiectionem defectus, & attemperationem epicrasim, Græci dicunt, corruptio postulat, si verò laborantibus viribus humorum non adsit inopia, nec corruptio, sed symmetria, & modus humorum naturaliter se habentium, aut etiam abundantiu, tùm, & raro, & parum cibi præbebimus, multoq; magis si cum humorum copia adsit virium robur, Contrà, si virtus valida cum defectu, aut deprauatione humorum sit coniuncta, & multa cibaria, & sæpè sunt sic affectis adhibeada. nimirum multa ex geote affectu, & ea concoquere, & euincere potente virtute, quod si tùm fortè per paroxysmos sæpè dare non liceat, sed dando cibo raras ipsi præbeant occasiones, tùm multum, & raro dandum erit, verum si cum pletorica affectione virtus valida existat, raro, & parum dandum erit, quamquã enim virtutem cibi rectricem habemus robustam, & validam, quia tamen affe-

affectio multum non postulat, par profectò fuerit parum exhiberi.]

IN syriacis igitur vlceribus, exquisitè tenuis victus infestissimus est, cum vires, ad quas morbo resistere spectat, potenter à venenositate morbi resoluuntur, quæ posteà magis ab inedia debilitarentur, hinc nequeuntibus ipsis morbo resistere, tyrannico eius imperio subiacent, Morsq; secure curua incompletam vitæ telam intercidit, & nobis quidem ad commune detrimentum. Medici isti lædentia arma crudeli hosti porrigere videntur,* etenim tenuissimus victus ab hoc morbo multis de caussis minimè indicatur, primò quia vt omnes statuunt morbus pestilens est, morbus pestilens, est morbus corruptionis, & morbus defectus est, quia in eo ratione venenositatis subita caloris, spirituumque resolutio fit, à primoq; die vires debilitantur, vndè & propter corruptionis attemperationem, & propter defectus, adiectionem, cibum indicat, ob id Galenus, cui omnes assentiuntur de pestilenti morbo verba faciens, in hæc verba prorupit [fortissimi ergo qui vim sibi ipsius afferentes cibum oblatum assumpserunt, omnes ferè superstites euaserunt.

* Tenuissimus victus, qua ratione huic morbo obest.

2. 3. epid. com. 3. tex 58.

MOrbus hic igitur, & quia pestilens, & venenosus à prima die vires resoluens obseruatur, inediam hanc non

O 2 in-

indicat, abiectione potius eget.

SEcundo ratione subiecti, puerilis corporis nempè, in quod ipsa furenter agit, tenuissimus victus magis, quam acutissimus gladius, vitam amputat, & adeò directè viuendi hæc lex contraindicari videtur. Obliuioni fortassè mandarunt, quæ admi-
y 1. aphor. 13. rabile Naturæ miraculum y Hippocrates gentissime, & breui facundia posteritati scriptum reliquit, [senes facillimè ieiunium ferunt; secundo loco qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes, omnium minimè pueri, & præsertim qui inter hos sunt viuidiores] an per letheum flumen
z 1. aphor. 14. transiere, dum illius denuò z concinna oratione describentis immemores esse videntur? [Qui crescunt plurimum habent calidi innati; plurimo igitur egent alimento, alioqnin corpus absumitur, &c.] cum igitur puerile corpus aërea, & aquea substantia polleat in vaporem faciè, & insensibiliter consumitur, multa enim ad istius veritatis
a In eodem com. confirmationem Medicorum sydus a Galenus, mellisflua oratione descripsit, & hac de caussa graue peccatum in victus ratione huiusmodi Medicorum Secta committit,
b 1. aphor. 5. iuxtà illud b Hippocratis [In tenui victu ægri delinquunt, quò fit vt magis lædantur, quicumque enim error committitur, maggnus, maior in hoc fit, quàm in paulo pleno-

nutri victu, &c.]

ALtera Medicorum secta ad plenum cibum vergit, eò quia morbum huius admirabili voracitate substantiam depascere, viresquè à primo die debilitare attestatur, & ideircò deperditam substantiam reficiendam, viresq; augendas esse statuit, immò, quantò morb⁹ peracutus est, & efficacius vires resoluit, tantò magis cibum plenū ad augendas, & custodiendas vires adhibendum tenet, vt roborata Natura, refectisquè viribus, strenuissimis adeò crudelis morbi viribus, & resistere, ipsumquè; remedijs profligare valeat.

AD huiusmodi * enim sententiam tanquam erroneam dirimendam plurimis modis respódet Galenus Primò, quantò magis morbus peracutus existit, tantò à primis diebus viget, iuxta illud Hippocratis, [cum morbus peracutus est, statim extremos habet labores] si natura extremos habet labores, eo igitur tempore natura cum hoste crudeli præliāns satis intentè coctioni incumbit, semperquè curat, nè à morbo superetur, & ideò ex cibo plurimo à morbificæ causæ coctione distrahitur; immò ad cibi molem digerendam satis defatigatur, vndè ad duas grandes actiones eodem tempore moliendas miseram naturam defessam reddere necesse est; in qua repas-

*Opinio eorum, qui in hoc morbo cibo pleno vtuntur, confutatur. c 1. Aphor. comm. 7.

sionis

fionis latitudine, morbo necessariò succumbit.

* Cibus plenus in acutis morbus quomodo morbū augeat, & vires debilitat?

d 1. Aphor. comm. 17

e 1. Aphor. com. 14.

Secundo, si morbus iste subitò vires debilitat, tanto * magis a cibo pleno augetur, viresq́, ipsæ, quas suscitare, & restaurare percupimus, ab exculentorum copia, ciborumquè ingluuie supprimuntur. Vniuersim enim (respondet d Galenus) magnam copiam, virtus infirma ferre non potest, quoniam, ut alibi ipse e expressit, sicuti à lignorum massa exigua flamma, & à copioso affatim effuso oleo lucerna suffocatur, ità virtus debilis, in qua exiguus calor seruetur, à cibi copia opprimēte, suffocatus extinguitur; paucus enim ignis, vt indè in magnam flāmam vertatur, paucis subcēdiculis pedetentim administratis eget, ità virtus debilis, vt validior reddatur, pauco sibi proportionato alimento indiget. Addimus etiam ex plenioti cibo cruditates quamplurimas in ventriculo congeri, quæ ad cerebrum euaporando destillationem hunc morbum insequētem multiplicant; equidem plurimos, in hoc morbo ex inordinata cerebri destillatione ferè suffocatos vidimus, nisi statim affixis vessicantibus in dorso eam aliundè euocauissemus, ex quo præsidio ægrotantes admirabilem, & subitam vtilitatem sunt consecuti.

Si

SI * ergo huiusmodi cibandi modi, tanquam duo extrema, vitiosi censentur; medius igitur cibus esse debet, qui, & morbo, & corruptione genito, & ex defectu facta proportionate respondet, in cuius administratione hic ordo seruandus.

* Moderata cibi quantitas satis congrua huic morbo.

AEgri * aut cibum inglutire valent, aut non, si cibum ingerunt, singulis septem horis cibandi sunt, hac tamen serie, quando videlicet febres nō sunt periodicæ, sed continuæ concomitantes inflammationem, tunc horis consuetis mane, & sero exhibeatur cibus, * ius nempè gallinaceum cum mica panis, & saccaro conditum, * bibantq; aquam hordei, vel eam cum, qua simul bulliant radices buglossæ, & pēthamphilonis, vel aquas cordiales stillatitias buglossę scilicet, boraginis, in quib* electissimi auri igniti lamina plures extinguātur, * habet enim aurum intrinsecam quamdam, & admirabilem virtutem belzoarticam quamcumquè virulentiam extinguendi, spiritusquè semiextinctos viuificandi, quod pluries ignitum, & extinctum in aqua ad instar calybis igniti virtutem suam relinquit. Alijs autem temporibus noctū videlicet, & interdiū sorbilis cibus exhibeatur, vt citius transeat, nutriatq; absquè naturæ defatigationem.

* Modus cibandi in hoc morbo describitur.

* Cibus in hoc morbo qualis.

* Potus in hoc morbo qualis.

* Aurum qua virtute polleat.

Et

ET quia viget prauitas, & aliquando pulmones, & fundum ventriculi vlcerari videmus, (licet ex vlceribus gulæ ægri conualescant,) Ex quibus pedetentim macie contabescunt, & pereunt vt superius insinuauimus, ideò ad Magni * Hippocratis imitationem quæso procedamus; qui magnis in morbis ne naturam ab opere distraheret, satisquè afflictam magis defatigaret, medicamentoso cibo vtebatur, vt vnica, leui concoctione duo opera perficeret, nutriendi scilicet & medicamenti virtutem, eiusquè caussam depellendi, quod vobis satis commendamus, nè sciolorum Medicorum more tantis præsidijs naturam confundatis, * nescitne enim isti medicamentorum virtutem actu in ipsis minimè existere, sed potentia, quæ ad actum * deducitur caloris naturalis opificio, quod si actu virtus in medicamento inhæret, etiam in mortuis operaretur; vndè à Mulierculis deductum est infallibile illud prognosticum in quibus videlicet ægris vessicantia apponuntur (nisi cantarides fuerint pra vetustate sua virtute exolutæ, vel alio modo medicamentum male compositum.) & partem non vessicant, mors accidit, quia caloris naturalis ad eiusdem medicamenti virtutem sopitam suscitare spectat extintio, demonstratur; & propterea si naturæ loquendi potentia

* Hippocrates in morbis magnis quo cibandi modo vtebatur.

* Medicamenta non habent virtutem actu.

* Medicamentis virtus a quo suscitatur?

es-

esset, Medicis istis eam ad multa remedia, actuanda lacessentibus responderes, certò; Amice, non simul flare, & sorbere datum est, cui nam primò mihi insudandum Morbo nè sæuissimo, subtumus tyrannide subiaceo, an tantia tuis medicamentis adhiandis vacandum? an verò coctioni læsulæ morbificæ insudandum, igitur, nè in hunc magnum errorem incidatis, * tutè hoc medicato vtamini, quod cibus simul, & medicamentum erit, in quo sæpe coquantur pepetapbilonis, pimpinellæ, radicis buglossæ, ordei cum corticibus, pulmonariæ, farfaræ, & scabiosæ, & facta expressione, fiat emulsio quatuor seminum communium frigidorum, & dissolutis trium foliorum electissima auri, simulque grana quinque lapidis bezoartici.

* Ius medicatum satis efficax.

SI autem pro validis partium inflammatione, & tumore, ægri cibum ingerere nequeunt, bis cibus sorbilis parum, & sæpe dandus est, & hac in re stillatitia plurimum conferunt, quorum aliquot hac arte * parandos.

* Stillatitium satis congruum pro eis, qui ingluire nequeunt.

℞. Caponem, seu gallinam deplumatam, exenteratam, & ab omni pinguedine mundam, quam in lib. viij. aquæ buglossæ incoteris, & in medio cocturæ, adde, Radicis buglossæ vnc. ij.
Pentbaphilonis.

Pimpinellæ.
Scabiosæ.
Pulmonariæ.
Farfaræ.
Florum cordialium an. p. j.
Panem integrum.

ET facta coctione vsque ad consumptionem medietatis contundantur omnia, & ponantur in alambico, & fiat stillaticium.

De cibi qualitate non loquimur, quoniam ratione febris & humoris acris vlcus facientis, & inflammationis, humidus esse debet; f iuxta illud; victus humidus febricitantibus omnibus confert.

f 1. aphor. 16.

Si autem ægri lactantes sine lac reddi ... conuenit, hinc iura omnia medicata, cæteraquè belzoartica medicamina nutrici tribuenda sunt; & si lac sugere haud valeant, stillaticijs nutriendi sunt.

SANGVINEM NON COPIOSE, sed paucè, hac in morbo extrahendum esse hortamur. Caput. XII.

SEd ad magnum, & vniuersalius præsidium, ad phlebotomiam nempè, accedamus, quæ, cum naturæ ... rum subripiat, multis considerationibus,

 mal-

multisquè scopis eget, vt tutò, & certò administrari possit; Equidem sicuti rectè administrata sanguinis missio morbos, tutò, certo, & euidenti vtilitate profligat, ita inde bitè facta morbum auget, vitamque extinguit; vt modo insignitus puer primo suae ętatis flore, nō ab adiutrici manu medica, vt par est, sed vbi[illegible] extinctos videmus, qua venas saepè lanciando, venasque brachij, & linguae, spatulasue scarificando plurimum sanguinem extrahit, vt radicitus hoc modo ad mentem venenositatem intromittendo, radicitus simul è corpore animam extirpet, & ideò perniciosum Medicorum tùm scribentium, tùm profitentium abusum copiosè in hoc morbo sanguinem effundere iudicamus, vt modo euidentioribus doctrinis à Galeni, disertissimorumque virorum monumentis decerptis, & experientia confirmatis ad veritatem hanc demonstrandam in arenam Palladiam descendere nos accinguimus, his primò considerantes.

PRimò in quaestionem deuenire nolumus, an in morbo hoc magno sanguis ad animi deliquium vsque extrahi possit, quoniam animi impotes essemus, planeque helleboro indigeremus, si de huiusmodi materia loquentes tempus contereremus, cum nedum nostris his temporibus huius-

quo loco colligitur, potius in morbis ex corruptela ortum ducentibus dimittendam esse sanguinis missionem, sed re vera Salustius Saluianus, & Alij, Galenum de copiosa sanguinis extractione locutum fuisse interpretantur, morbus igitur vagans pestilentialis cum sit à venenositate, & humorum corruptela progignitur, & sic per Galenum copiosa sanguinis extractio exitialis est, & hæc pauca ad infinitas, si quæ sunt, Aduersariorum rationes soluendas sufficiant.

Sed clarioris muneris modò, quam in morbo hoc sanguinem copiosè exhaurire perniciosum sit, demonstremus. Primò quia morbus hic pestilens est; secundò ratione sui; tertiò ratione subiecti.

Circa primum quatenus morbus pestilens est, sum tandiu inter doctissimos viros exagitata quæstio, an in febre pestilente, cæterisque pestilentialibus morbis possit sanguis extrahi; quorum tres fuere sectæ; duæ sunt extremæ, & ideò vitiosæ, quarum vnà omninò denegat, altera copiosè sanguinem extrahit, quarum rationes modo minimè examinamus, cum inter alia de peste verba facturi simus; solum scire conducit, quod * Celebriores Doctores, quorum magnus est numerus, illos insequuntur, qui in morbis pestilentialibus venam secant, sed parcè tamen, quoniam in

* Morbi pestilētes cur non indicant copiosam sanguinis extractionem.

eius primo die magna virium resolutio fit, & mouentur, quia, in pestilenti febre, corruptio insignis est, quæ quodam modò minime præternaturalis, ac calor ventilari contingit; * quod si de veneno siue ore absumpto, siue à venifera Belua eiaculato, & iam per vniuersum corpus diffuso sanguis extrahitur, parcè tamē; vt b Paulus, i Auicennas, k Aliabas, l Rases, & Alij expressè docuere; ità in pestilenti febre, in qua corruptio in venis congesta est maxima cum vtilitate obseruatur, & quia igitur morbus hic pestilens, & contagiosus est, ideò, si sanguis ratione febris, & inflammationis mittendus sit, parcè tamen, nè subita virium ruina producatur, in omni siquidem pestilenti morbo propter venenatam naturam, quæ ad cor continuò eleuatur, à primò die vires manifestò debilitantur, quare in re, eum nè dùm in præsentiarum, verùm nequè in futurum virium robur habeatur; nemo mentis compos copiosè sanguinem extrahet.

* Venenum quando sanguinem mittendum esse indicat
b lib. 5 cap. 2.
i lib. 1 tract. 3. cap. 1.
k lib. 4 practica cap. 27. & 49.
l xx continentis cap. 2.

NEquè * præsentis morbi natura, & conditio repetitam sanguinis extractionem substinet, ratione venenositatis primò, quæ ex contagio, virium subitò lapsu, mortisquè celeritate deprehenditur, quare in re, tum vires actu debiles existant, & in futurum debiliores expectantur, his de-

* Sanguinis missio repetita cur non prosit in affectu venenoso.

cau-

caussis repetita sanguinis extractio contraindicari videtur, equidem ad sanguinis missionem celebrandam virium robur nè dùm præsens, verùm, & in futurum requiri millies decantaut Galenus.

SEcundo, in venenoso affectu, in quò subita naturæ languiditas producitur, cùmquè natura ipsa strenuissimo cū hoste pugnam acerrimam aggredi debeat, seruandæ igitur omni ratione sunt vires, vt nè dùm pugnatori acerrimo resistere, & ipsum debellare valeant, ob id helleboro indigeret Medicus ille, qui sanguinem vitæ thesaurum, succum naturæ familiarissimum, vitæq; substentaculum copiosè effunderet.

TErtiò morbus hic dyrus nè dùm corruptionis morbus est, sed quidem defectus; quoniam eo statim orto vires debilitari incipiunt, virium etenim debilitas, humidi substantifici, caloris, spirituumquè resolutionem insinuat. Ideoquè m Galenus vtrumquè non detractione quidem, sed adiectione potius, nempè cibo, curari decreuit, per cibum nanquè, & corruptio attemperatur, & defectus additur, quod si duas has conditiones deterrimas morbus hic possidet, qualis mens erit illa cymmerijs tenebris inuoluta, quæ sanguinem copiosè, & repetitè extrahere nitatur?

m 1. Aphor. comm. 17.

Quar-

QVarto,* si morbus Epidemicus est, vt Aduersarij omnes confirmant, & Epidemicus morbus ex aëris maligno inquinamento producitur, quomodo sanguis extrahi potest; fortassè Medici isti lechei fluminis aquas degustarunt, dum Doctissimorum virorum monumenta haud callent? Etenim vndoctè n Ingrassias, multique alij decernunt, in morbis pestilentialibus ex aëris vitio procedentibus largam, repetitamque sanguinis missionem infestissimam esse, cùm vires potenter resoluantur, & meritò quidem, quia cum aër adeò nobis praeualeat, vt & corporis temperamentum commutare possit, cur non credendum eo vitiato, maximoperè naturam pati, calorem, spiritusquè resolui, viuit enim homo, optimaquè perfruitur valetudine si bonum aërem habeat, [illegible] è conuerso [illegible] amittit si malum aerem spirat, vt piscibus contingit, qui corruptis aquis pereunt, cum igitur Epidemicus morbus est (abstrusius Auctores) quantò minus aerem spiramus, tantò melius, est, cur ergo copiosè sanguinem extrahendo, centrumque, immoderatè euacuando ipsum ad vacuum prohibendum maligno aere replere, desiderant. [illegible]

* Sanguinis missio copiosa in morbis epidemicis, cur mala?

n parte 4 cap. 9. de peste.

QVinto,* venenositas in hoc morbo, cum in determinata particula sit [illegible]

* Venenositas in determinata particula existens ob. trauidicis singul[illegible] multiregem [illegible]

Q nempe

nempè in tonsillis, vt exactè probauimus, & negari non potest, suspectissima erit, iccircò repetita sanguinis effusio, euacuato siquidem centro, vt iterum sanguine impleatur, à circumferentia velociter sanguinem attrahit, hinc venenositas suaptè natura centrum petens, nobile viscus auidè percupiens, in aliqua determinata particula vel quiescens, vel lentè ad intima serpens, simul cum sanguine velociter attracto, intrò immittitur, & quasi ignaro Medico dè facili ad viscera ingressu gratias referens, festinanter in regiam cordis Aulam mortem introducet. Quarò si venenū aliquod, siuè arte constructum, siuè à venenosis brutis in aliquam particulam immittatur, & ad intima adhuc non sit penetratum, instituent Aduersarij fortasè sanguinis missionem? haud equidem credo, cum lyppis etiam tonsoribus constet, sanguinis missionem perniciosam esse, quia per eam intrò venenum introduceretur, quod omni via prohibendum; ità in hoc morbo, ex copiosa sanguinis extractione certò contingit; in quo venenositas in tonsillis primario resideret, ibiquè augmentum capiens, pedetentim serpendo, ad cor meare nititur; quæ per immodestam sectionem venæ celeriter introducitur, & ideò summis encomijs Ludouicum Mercatum celebramus in Apolli-

a lib. consultat.

nea

neâ arte, aliarumquè ſcientiarum eminentiſſimum, qui de hoc morbo verba faciens primo cum hic morbus in Hiſpanija vagari incœpetit, maximum inter Medicos diſſurgium intercidiſſe recenſet, quorum magnus numerus, & ferè omnes, magis quam ſerpente à fraxino, à ſanguinis miſſione abhorrebat, eò quia ex ſanguinis miſſione, omnes mori ſole ipſo clarius videbant, at Doctiſſimus Mercatus ex ſanguinis miſſione duplici de cauſſa ægros ſuum diem obire decreuit; quia copioſè ſanguinem extrahebant, & quia inconſultò facta iam vlceris putrilagine tale præſidium adminiſtrabant, ex quo vlceris illa venenoſitas, ad internas partes euocabatur, & propterea clarè decernit, hoc videlicet modo; aut morbus eſt in fieri, aut iam putrilago facta eſt, dum morbus eſt in fieri, ad humorum fluxionem inhibendam ſanguis extrahendus eſt, ſed parcè, ſi verò putrilago iam facta, miſſio ſanguinis reuenda eſt, nè vlceris venenenoſitas ad interiora ducatur, ex qua Mercati decioſione, nè dum ſanguinem parcè extrahendum eſſe, ſed etiam non ſemper, & maxima cum præmeditatione extrahendum cognoſcimus, itemquè intelligis morbum hunc ex venenoſitate in determinata particula, nempè in tonſillia infixa, produci, dum veretur, nè ex ſanguinis exactione, vlceris

Q 2 par-

* *Aucloris sententia de missione sanguinis in hoc morbo.*

particulæ venenositas [illegible] ; [illegible] eruditissimi viriéntentiam aliquando moderatam reddamus, venam parcè secamus, dum vlcus factum non est, & si ad infirmum curandum accedimus, vt sepè contingit, quandò iam vlcus, & putrilago facta est, benè quidem consideramus virium statum, pueri temperamentum si plethoricum, & succi plenum sit, si habitus carnosus, raræq; texturæ, quas conditiones adinuenientes, licet iam vlcus factum sit, ad inhibendam quidem humorum fluxionem, qui ad inflammatam, dolentemq; particulam veluti à cucurbitula attracti, fluere solent, venam secamus, sanguinemuè parcè extrahimus, cum in corpore succi pleno, à parca sanguinis extractione, de venenatę materię [illegible] sione haud veretur, [illegible] enim non adeo immoderatè euacuatur, vt ad vacui inhibitionem dè superficie, aliisquè particulis, attrahere cogatur, sed potius sanguinis mole exoneratum melius [illegible] perficitur, ad suumquè visum retinet, & succum sibi [illegible] harem aliundè transmittere non curat.

SI autem insinuatas conditiones in puero, cui iam inductum est vlcus, & putrilago, minimè inuenimus, destituta sanguinis missione per sectam venam, cucurbitulis scerificatis vtimur, vt quodammodo absquè virium dispendio, [illegible] cua-

curatione, missio [illegible] contingat, concludens [illegible] igitur, ergo, copiosam sanguinis extra- [illegible] esse quia venenosus affectus est, [illegible] rapidè ta- lis sanguinis missio nihil [illegible] producit: & hac ratione praetermittere nolo quandam Ni- colai Massae perspicaciam qua * probat, in venenoso affectu sanguinis extractionem [illegible] esse, & [illegible] deferre venenositatem cordis, ubicumque inuenitur, & à quo- cumque loco extrahatur, intelligatis quaeso eius formalia verba. [Ideo in apertione venae, cum materia venenosa, quae iam mota erat à natura retrocedat, iterum per venas ad intrinseca membra inaniter, vt superius dixi, & ad cor redeat, & si illa, quam iecora- riam vocant aperiatur, cum ex directò à [illegible] ventriculo cordis sanguinem edu- cat, vt sciunt, qui per [illegible] partes cor- poris humani consensum, & processum ve- narum rectè cognoscunt, nã facta inanitio- ne ventriculi dextri cordis, hepar submini- strat sanguinem ex intentione naturae, & [illegible] ne detur vacuum, minimaeque est euacua- tio, & hepate inanito, venae maiores, & propinquiores subministrant sanguinem iecori, & paruae maioribus, ita vt materia illa, quam natura sequestrauit, tamquam noxiam iterum ad venas reuertatur, & ad [illegible] membra admixta cum sanguine, quae

ad

Lib. de peste Massa] quibus rationibus denegat sanguinis missionem in affectu venenoso, & pestilente.

mediò euacuabendi: sanguinis modò haud vtamur, sed etiam nunquam Hippocrates, Galenus, caeterique antiquiores Doctores in pueris vsi sunt, immò & Galenus acrtes, firmaque doctrina scriptum reliquit, Pueris antè decimum quartum annum venam tundendam non esse.

g lib. de sang. miss. c. 13.

SEcundò multum quaestionis proponimus, an copiosa sanguinis extractio in hoc morbo more nostro, per partitas scilicet vices, facienda sit, qua in re clarioris doctrinae gratia, aduersariorum rationes in medium primò adducimus, nostram exindè proponimus.

ADuersarij igitur hac sua copiosa sanguinis extractione puerorum vitam in saeuam Parcarum manum deferentes, copiosè, & per paruas vices, & ex varijs partibus sanguinem exhauriunt eo, quia, dicunt, morbum huiusmodi, multifariam magnum esse, per se scilicet, ratione partis laesae, & quia etiam, quod, si Galenus scit, certis in locis in morbis magnis, internisque inflammationibus sanguinem vsque ad animi deliquium extrahit, cur nos magis considerate, sanguinem per partitas vices extrahere non valemus?

AD quorum quaestionem, rationesque dilutendas in alianque quaestionem, descendere oportet, an pueris scilicet, venam

tundi

rundi posse, cum Galenus eam ante declinationem quartam annum secandam esse velit, eamque magis quia pueris, vt audimus, biennium attingentibus venam secant; quod temerarium admodum putamus, & in hoc morbo præcipuè, qui maximam etiam ætate prouectioribus, & euidentem virium resolutionem parit. Sed breuitati indulgentes, Aduersariorum rationes iam diriminutur.

MOrbus magnus dupliciter consideratur modo, vel quatenus ab humorum benigna fluxione producitur, vt sunt interna quæuis inflammatio, Angina nempè, Pleuritis, Phrenitis, Febresquè validæ, vel à corruptela, & venenositate humorum ortum ducit; in eo enim * morbo à cacochimia, Plethora, aliuè regulata, & symmetria putredine genito, si sanguis copiosè extrahitur plurimum confert; in illo * vero ab humorum corruptela producto copiosa sanguinis extractio perniciosa est; hæc responsio à Galeno o desumpta est, quando concinna oratione in hæc verba prorupit. [Porro in his continentibus febribus, quæ ex stipatione meatuum accenduntur, quoniam valida plerumquè virtus est, citra periculum vacuatio adhibetur; in alijs verò morbis maximè est periculosa, veluti si ea forti medij in corruptelam humorum] ex quo

* Sanguinis copiosa extractio quibus morbis conferat.

* Sanguis copiosè extractus quibus morbis noceat.

o 9. meth. c. 10.

quo loco colligitur, potius in morbis ex corruptela ortum ducentibus dimittendam esse sanguinis missionem, sed re vera Saluštius Saluianus, & Alij, Galenum de copiosa sanguinis extractione locutum fuisse interpretatur, morbus igitur vagans pestilentialis cum sit à venenositate, & humorum corruptela progignitur, & sic per Galenum copiosa sanguinis extractio ex[illegible] est, & hæc pauca ad infinitas, si quæ sunt, Aduersariorum rationes soluendas sufficiunt.

SEd clarioes mineruæ modò, quam in morbo hoc sanguinem copiosè exhaurire perniciosum sit, demonstremus. Primò quia morbus hic pestilens est; secundò ratione sui, tertiò ratione subiecti.

Circa primum quatenus morbus pestilens est, fuit tandiu inter doctissimos viros exagitata quæstio, an in febre pestilente, cæterisquè pestilentialibus morbis, possit sanguis extrahi; quorum tres fuere sectæ; duæ sunt extremæ, & ideò vitiosæ, quarum vna omninò denegat, altera copiosè sanguinem extrahit, quarum rationes modo minimè enarrabimus, cum in ea sæpe de peste verba facturi simus; solum scire conducit, quod * Celebriores Doctores, quorum magnus est numerus, alios insequuntur, qui in morbis pestilentialibus venam secant, sed parcè tamen, quoniam in

* Morbis pestilentibus non indicant copiosam sanguinis extractionem.

einè primò die magna virium resolutio fit, & mouentur; quia, in pestilenti febre, corruptio innectus est, quæ quodam modò membris supra torum naturalis calor ventilari contingit; * quod si de veneno siuè ore absumpto, siuè à mortifera Belua eiaculato, & iam per vniuersum corpus diffuso sanguis extrahitur, parcè tamē; vt h Paulus, i Auicennas, k Aliabas, l Rases, & Alij expressè docuere; ità in pestilenti febre, in qua corruptio in venis congesta est maxima cum vtilitate obseruatur; & quia igitur morbus hic pestilens, & contagiosus est, ideò, si sanguis ratione febris, & inflammationis mittendus sit, parcè tamen, nè subita virium ruina producatur, in omni siquidem pestilenti morbo propter venenatam auram, quæ ad cor continuò eleuatur, à primò die vires manifestò debilitantur, quare, cum nè dùm in præsentiarum, verùm neque in futurum virium robur habeatur; nemo mentis compos copiosè sanguinem extrahet.

* Venenum quando sanguinem mittendum esse indicat.
h lib. 5 cap. 2.
i lib. 1 tract. 3. cap. 1.
k lib. 4 practica cap. 27. & 49.
l xx continentis cap. 2.

NEquè * præsentis morbi natura, & conditio reperiram sanguinis extractionem substinet, ratione venenositatis primò, quæ ex contagio, virium subitò lapsu, mentisquè celeritate deprehenditur, quare, cum vires actu debiles existant, & in futurum debiliores expectantur, his de-

* Sanguinis missio repetita cur non prosit in affectu venenoso.

cau

caussis repetita sanguinis extractio contraindicari videtur; equidem ad sanguinis missionem celebrandam virium robur nè dùm præsens, verùm, & in futurum requiri multies decantaut Galenus.

SEcundo, in venenoso affectu, in quo subita naturæ languiditas producitur, cũquè natura ipsa strenuissimo cũ hoste pugnam acerrimam aggredi debeat, seruandæ igitur omni ratione sunt vires, vt nè dùm pugnatori acerrimo resistere, & ipsum debellare valeant; ob id helleboro indigeret Medicus ille, qui sanguinem vitæ thesaurum, succum naturæ familiarissimum, vitæq; substentaculum copiosè effunderet.

TErtiò morbus hic dyrusnè dùm corruptionis morbus est, sed quidem defectus; quoniam eo statim orto vires debilitari incipiunt, virium etenim debilitas, humidi substantifici, caloris, spirituumquè resolutionem insinuat. Ideoquè m Galenus vtrumquè non detractione quidem, sed adiectione potius, nempè cibo, curari decreuit, per cibum oanquè, & corruptio attemperatur, & defectus additur, quod si duas has conditiones deterrimas morbus hic possidet, qualis mens erit illa cymmerijs tenebris innoluta, quæ sanguinem copiosè, & repetitè extrahere nitatur?

m 1. Aphor. comm. 17.

Quar-

QVarto,* si morbus Epidemicus est, vt Aduersarij omnes confirmant, & Epidemicus morbus ex aëris maligno inquinamento producitur, quomodo sanguis extrahi potest? fortasse Medici isti Lethei fluminis aquas degustarunt, dum Doctissimorum virorum monumenta haud calleant? Etenim vt doctè [n] Ingrassias, multiq; alij decernunt, in morbis pestilentialibus ex aëris vitio procedentibus largam, repetitamq; sanguinis missionem infestissimam esse, cum vires potenter resoluantur, & meritò quidem, quia cum aër adeò nobis praeualeat, vt & corporis temperamentum commutare possit, cur non credendum eo viciato, maximoperè naturam pati, calorem, spiritusquè resolui, viuit enim homo, optimaquè perfruitur valetudine si bonum aërem habeat; vitalem è contrario auram amittit si malum aerem spirat, vt piscibus contingit, qui corruptis aquis pereunt, cum igitur Epidemicus morbus est (abstruunt Auctores): quantò minus aerem spiramus, tantò melius est, cur ergo copiosè sanguinem extrahendo, centrumquè immoderatè euacuando ipsum ad vacuum prohibendum maligno aere replere, desiderant.

QVinto,* venenositas in hoc morbo, cum in determinata particula sit

* Sanguinis missio copiosa in morbis epidemicis, cur mala?

n parte 4. cap. 9. de peste.

* Venenositas in determinata particula existens cur trandicat sanguinis missionem.

Q nempe

nea arte, aliarumquè scientiarum eminentissimum, qui de hoc morbo verba faciens primo cum hic morbus in Hispanijs vagari incœperit, maximum inter Medicos dissurgium intercidisse recenset, quorum magnus numerus, & ferè omnes, magis quam serpens à fraxino, à sanguinis missione abhorrebat, eò quia ex sanguinis missione, omnes mori sole ipso clarius videbant, at Doctissimus Mercatus ex sanguinis missione duplici de caussa ægrum suum diem obire decreuit; quia copiosè sanguinem extrahebant, & quia inconsultò facta iam vlceria putrilagine tale præsidium administrabant, ex quo vlceris illa venenositas, ad internas partes euocabatur, & propterea clarè decernit, hoc videlicet modo; aut morbus est in fieri, aut iam putrilago facta est, dum morbus est in fieri, ad humorum fluxionem inhibendam sanguis extrahendus est, sed parcè, si verò putrilago iam facta, missio sanguinis reuenda est, nè vlceris venenenositas ad interiora ducatur, ex qua Mercati decisione, nè dùm sanguinem parcè extrahendum esse, sed etiam non semper, & maxime cum præmeditatione extrahendum cognoscimus, itemquè intelligit morbum hunc ex venenositate in determinata particula, nempè in tonsillis infixa, produci, dum vetetur, nè ex sanguinis exactione, vlcerata

Q 2 par.

* *Auctoris sententia de missione sanguinis in hoc morbo.*

particulæ venenosum fuerint; decet nos eruditissimi viri sententiam aliquando moderatam reddimus, venam parcè secamus, dum vlcus factum non est, & si ad infirmum curandum accedimus, vt sepè contingit, quandò iam vlcus, & putrilago facta est, benè quidem consideramus virium statum, pueri temperamentum si plethoricum, & succi plenum sit, si habitus carnosus, raræq; texturæ, quas conditiones adinuenientes, licet iam vlcus factum sit, ad inhibendam quidam humorum fluxionem, qui ad inflammatam, dolentemq; particulam veluti a cucurbitula atracti, fluere solent, venam secamus, sanguinemuè parcè extrahimus, cum in corpore succi pleno, à parca sanguinis extractione, de venenatæ materiæ intromissione haud veretur, centrum enim non adeò immoderatè euacuatur, vt ad vaguis inhibitionem dè superficie, aliisquè particulis, attrahere cogatur, sed potius sanguinis mole exoneratum melius eò perfruitur, ad suiquè visum retrahat, & succum sibi familiarem aliundè transmittere non curat.

Si autem insinuatas conditiones in puero, cui iam inductum est vlcus, & putrilago, minimè inuenimus, desistere sanguinis missione per sectam venam, cucurbitulis scarificatis vtimur, vt quodammodo absquè virium dispendio, centrique euacuatione

[illegible] concludendo [illegible] copiosam sanguinis extra[illegible] gic quia venenositas affectus [illegible] talia sanguinis missio [illegible] perducit; & hac ratione praetermittere nolo quandam Nicolai Massae perspicaciam qua probat, in venenoso affectu sanguinis extractionem perniciosam esse, & deferre venenositatem cordi, ubicunque inueniatur, & à quocumque loco extrahatur, intelligatis quaeso eius formalia verba. [Ideo in apertione venae, cum materia venenosa, quae iam mota erat à natura retrocedat, iterum per venas ad intrinseca membra inanita, vt superius dixi, & ad cor redeat, si illa, quam iecorariam vocant aperiatur, cum ex directo à dextro ventriculo cordis sanguinem educat; vt sciunt, qui per [illegible] partes corporis humani consensum, & processum venarum rectè cognoscunt, nā facta inanitione ventriculi dextri cordis, hepar subministrat sanguinem ex intentione naturae, & [illegible] vacuum, [illegible] tio, & hepate inanito, venae maiores, & propinquiores subministrant sanguinem iecori, & paruae maioribus, ita vt materia illa, quam natura sequestrauit, tanquam noxiam iterum ad venas reuertatur, & ad alia membra admixta cum sanguine, quae ad

Massa lib. de peste Massa quibus rationibus denegat sanguinis missionem in affectu venenoso, & pestilente.

ad cor deuenit, & occidit hominem sua venenositate, Et eadem est ratio de incisione aliarum venarum magnarum, scilicet saphenæ, vel poplitis, cæphalicæ, saluatellæ, etenim saphena, siue malicoli, & poplitis venæ, quæ idem sunt, & non differunt nisi loco, tàm vna, quàm alia incisa à Iecinore è directò euacuant, vndè facta Iecinoris inanitione, dexter ventriculus per viam sequelæ, ne detur vacuum, subministrat sanguinem, & ventriculo cordis inanito, venæ propinquiores ei sanguinem subministrant, qui cum sit pestifera qualitate infectus, inficit spiritus cordis, sicquè sequitur mors, similiter de cæphalica in brachio dicendum est, nam, & si primò à capite educat, cum sit ramus venæ procedentis à dextro ventriculo cordis, cor ei subministrat, & corde inanito, hepar ad dextrum ventriculum mittit, & venæ ad hepar, vnde fit mixtio mali sanguinis cum bono in corde, sicquè pereunt ægrotantes post sanguinis missionem.]

Ex quibus omnibus colligere potestis, venenositatem, vbicumquè fuerit, siuè in centro, siuè in superficie, siuè in determinata particula inueniatur, per sanguinis missionem ad cor facilius deferri, & propterea parcè, si indicationes adfuerint, sanguis in venenosis affectibus extrahendus

est, vt præcipuè morbus præsens est, Et modò intelligo quid sibi voluerit Aetius, quando paucis, sed compendiosis tamen verbis de sanguinis missione administranda in hoc vaganti morbo, per Archigenem dixit. [Festinanter itaq; auxilium afferre oportet his qui sunt ætatis perfectæ, atque confidenter venam brachij incidere; siquidem nihil sit quod id fieri prohibeat, mulieres enim virgines circa vigoris ætatem menstrui purgationes appetentes, hac affectione apprehenduntur, quæ præcipuè venæ incisione opus habent, incidendæ autem sunt tali venæ, & vnica sanguinis detractione facta euacuandæ, non autem ad vsquè animi defectionem.] Ex qua Archigenis sententia ab Aetio celebrata, & obseruata plura consideranda veniunt, Primò non facit mentionem de extrahendo sanguine in pueris, sed he his, qui sunt ætatis perfectæ, venam brachij incidendam esse, non venas dixit, vt doceret repetitam sanguinis extractionem perniciosam esse, quod iterum de mulieribus mestruam purgationem appetentibus innuit, in quibus poterat fortassè sanguinis missio repeti, cum ipse magis, quàm viri excrementoso sanguine satis abundent, & tamen semel, & non vsque ad animi defectionem sanguinem extrahendum dixit. Quia igitur vlcus syriacum,

lib. 4. cap. 46.
Sanguinis missio in hoc morbo quomodo celebratur ab Aetio.

vc:

venenosus affectus est, ideò parcè sanguis exhauriendus est,

QVòd si aduersarij certant sanguinem copiosè extrahendum esse, quia in inflammatione interna, & principalium quidem partium; vbi repentinum suffocationis periculum imminet, agitur: quo in casu plurimus in locis Galenus sanguinem vsq; ad animi deliquium extrahendum esse descripsit, his audacter respondetur, in hoc morbo inflammationem non esse affectum per se, sed vlceris sinthoma, eiusq; maior, & minor, iuxtà naturam venenosi humoris in vlcerata particula existentis, & ideò curationem ad se trahere minimè potest, remittitur siquidem vlceris venenositate remissa, exacerbatur venenositate furente.

* Sanguis copiosè extractus, quibus morbis conferat.

DEnuò * concedere quidem possumus in magnis inflammationibus à plenitudine naturali, & benigno sanguine ortum ducentibus, copiosè sanguinem extrahendum esse; sed * tamen id acriter negamus, in inflammatione maligna, & cacoethe, sicuti in hoc vlcere videre est, hoc docuit Galenus, * de copiosa sanguinis extractione vsq; ad coloris mutationem facienda magnis in inflammationibus verba faciens, quæ haud facienda duplici ratione, vel quando virtus debilis, aut phlegmoni malignum,

* Copiosa sanguinis extractio in inflammationibus malignis vituperatur à Galeno. 2 lib. de curat. per sang. missionē cap. 14.

Dd gnum,

guum, & cacoethe existit, his verbis non tamen omni ex parte expectanda est, sed est etiam quando antequã mutatio fiat, cessare conueniat, idquè duplici nomine, ob infirmas videlicet vires, aut phlegmonis prauitatem.

TErtiò * tandem impeditur copiosa sanguinis extractio ratione subiecti, nam puerile corpus morbus hic sæuus magis afficit, etenim si in natu grandioribus, talis sanguinis missio exitialis existit, quantò magis in pueris, quorum substantia resolubilis, quorum calor, & spiritus difflabiles admodum sunt, equidem ex / Hippocrate, si qui crescunt plurimum habent calidi innati, plurimoquè egent alimento, alioquin eorum corpus absumitur, quomodo grandem euacuationem sustinere valent? & si adiectione egent, quomodo detractione indicant? verum enimuero t Galenus, quam puerorum corporis substantia euaporabilis sit, & quomodo magnus puerorum calor à magno iuuenum calore differat, longa oratione demonstrat, quod modo non est præsentis considerationis, sufficiat tamen differere, quod cum pueri, vt ipse considerat, plurimum habeant natiui caloris substantialiter, (ad differentiam iuuenum calorem validum habentium qualitatiuè, & ob id acriorem eum habent,) & eorum corpus

* Pueri cur non subsinēt repetitā sanguinis extractionem.

/ 1. aphor. 14.

t in eod comm.

R mi-

minimum in se terreæ, plurimum aereæ, & aqueæ substantiæ habet, & ob id resolubile (ad differentiam Iuuenum, qui licet calido multo polleant substantiam tamen corporis non adeò resolubilem admittunt, quoniam in eis terrea præpollet siccitas) meritò vbi plurimus calor viget, in aeream, aqueamuè substantiam agens, magnus substantiæ defluuius, magnaque corporis insensibilis euacuatio datur, quod denuo considerans a Galenus maximoperè in pueris euacuationem per sanguinis missionem abhorret, & probat hoc huiusmodi medio, si in grandioribus, quorũ corporis substantia durior, siccumuè terreum admittunt, in diebus æstiuis, in calidaquè regione, propter euacuationem, & euaporationẽ, quæ fit per cutim, sanguinem aut non mittimus, aut parcè detrahimus, Ergo neque in pueris, in quibus semper interna plurimi caloris æstas viscerum inest, addito tamen, quod in substantiam resolubilem agat, & re vera continuò euaporat, cuius talia sunt verba [Ergo puerorum substantia omnium facillimè digeritur, ac dissipatur, propterea quod est omnium humidissima, nulla verò frigidior, quominus vacuantis præsidijs eget, eum habeat ex se ipsa vndè naturaliter vacuetur, fit autem profectò, vt propter calidam, siccamquè regionem, & tempus æstiuum, & sta-

a 9 meth. c. 17.

ftatum cœli impensè calidum, & ficcum, notabilis per cutim euacuatio, itaquè etiam huius caussa ijs, qui sanguinis dextrahendi egent aut prorsus venam non fecabimus, aut parum dextrahemus.] Concludendum igitur cum Galeno cum pueri magnum calorem, & substantiam resolubilem admittant, quorum corpus continuo euacuatur, si propter magnitudinem morbi extrahendi sanguinem necessitas cogat, parcè quidem extrahendus est, tantò magis quia propter naturalem hanc substantiæ resolutionem, etiam in hoc morbo, propter eius venenositatem, immodicè corpus consumitur.

SEd si * pueris sanguinem elicere conueniat, hac lege extrahatis, à quinto anno infra, venam nè tundatis, esto quod multi in alijs morbis, pueris etiam duorum annorum, vt Rases, & alij, venam secarint, id tamen licet præter Galeni mentem fit, in morbis magnis à plenitudine benigna fecere, non tamen in morbis malignis, & pestilentialibus, in quibus notabilis in grandioribus etiam à primo die virium resolutio fit, quod in teneris puerulis, aperire nempè venam, temerarium iudicamus, sed potius scarificatas cucurbitulas in spatulis affigendas esse consulimus; cum verò septimum annum attingerint, & habitus carnosi, pletorici, densæquè texturæ erunt, vena incidi

* *Pueris quomodo sanguis est extrahendus.*

potest, vt melior antecedentis caussæ reuulsio fiat, sed quidem semel, & parcè, vt vncias tres sanguinis minimè excedat, Iuuenibus * grandioribus verò semel, & respectu sui etiam parcè, vt vnciarum quinque mensuram haud superet; vena incidenda sit iecoraria dextri cubiti, quæ ad Galeni mentem pluribus in locis in magnis morbis, internisquè inflammationibus prodesse plurimum solet, In mulieribus verò quibus menses deficiunt, semel, & ex talo sanguis mittatur.

* Grandioribus quo modo sanguis extrahitur.

NOn venas * linguæ incidatis, quoniam citrà quod de Angina non agitur, venenosa vlceris putrilago, cuius internarũ proprium est, ad eius radicem, & guttur subitò meat, ibiquè venenosa sua facultate, vlcus inflammatione circumfusum constituens, tumoremquè inducens, quem partes illæ angustæ substinere nequeuntes, statim clauduntur, & æger, respiratione prohibita, ad vltimam vitæ metam perducitur; potius tamen magno apparente tumore, & rubore in collo, aliquæ hyrudines affigendæ ad venenositatem attrahendam ad exteriora, ex quo nullam subsecutam consequentiam fatemur, quia tumor ille non ideò genitus, quatenus materia peccans ab interioribus ad exteriora vertatur, sed quia magnam, venenosam, internamquè inflamma-

* Sanguinis extractio ex venis linguæ in hoc morbo quodhodò perniciosus.

ma.

mationem insequatur, quæ adeo ingens, vt, partibus externis etiam communicetur, & adeo partes ab affixis hirudinibus irritatur, utique potius ex nouo forrasse humorum influxu.

MEDICAMENTVM ELECTIVE

purgans in hoc morbo minime conducere, [illegible] dum confidimus.

Caput. XIII.

ET quoniam × Galenus scriptum posteritati reliquit, in magnis morbis duo præcipua remedia esse, phlobotomia, & nonnunquam medicamentum purgans, ideò de vniuersaliori præsidio absoluto iam eloquio, ad alterius vniuersalis præsidij, medicamenti purgantis videlicet, considerationem accedere necessè est. × 2. aphor. comm. 29.

QVa in re scire admodum conducit, vlcus, vt vlcus non medicamentum purgans, non sanguinis missionem directè indicare, sed quidem indirectè, ad inhibendam videlicet humorum fluxionem; ast directa potius curatius vlceris

ris indicatio, exiccatio, & consolidatio erit; sed quoniam ab humorum influxu exiccatio huiusmodi haberi aliquando nequit, ideò, & mitrimus sanguinem si plethoria causa; erit, & purgamus, si cacochimia scateat, & propterea accuratè dè medicamento purgante tractandum, & videre expedit, ad coarcendam aliqualem humorum fluxionem, quæ à dolente, incalenteque particula attracta sæpè influere solet, an medicamentum electiuè purgans, an lenitiuum potius competat.

Medicamentū electiue purgans cur non competat in hoc morbo.

Medicamentum * electiuè purgans, citrà quod vnquam antè perfectam humorum coctionem, & interna in inflammationibus competat, immò impensè nocet, vt conqueritur y Hippocrates his verbis, [Quicumquè ea, quæ inflammantur statum morborum inter initia medicamento soluere conantur non solum ab intensa, inflammataque parte nihil adimunt, quum non cedat, obsequaturq; quæ ad huc cruda est affectio, verum, quoquè, & quæ morbo aduersa, & sana sunt absumunt, contabefaciuntque, ductoque ad imbecillitatem corpore, morbus superior euadit, qui vbi corpus vicerit, remedium non habet.] in hoc tamen morbo, plurimis rationibus mortiferum poculum iudicamus, quia medicamentum purgans ab z Hippocrate pluribus in

y 4 de rat vict. l. 22.

z 1. aphor. 22. & 2 aphor. 19.

locis

locis mouere appellatur, quasi diuinus ille Senex; maximoperè ex medicamento purgante corpus conturbari ostenderet, ex qua humorum conturbatione nemo ignorat, fluxionem ad affectam particulam euocari, commotus siquidem humor quasi furens, & turgens redditur in debiliorem particulam percurrit. Addo quod commotus humor ab ipsamet dolente, incalentequè particula attrahitur.

SEcundò,* medicamentum electiuè purgans cum à venis attrahat, vt simul cum peccante humore alimentitium euacuare omnes statuunt, hinc virium dispendium contingit (nolo siquidem in quæstionem breuitatis gratia ingredi, cui nam maior virtus requiratur, phlobotomiæ videlicet, an pharmaco) quod in strenuis morbis maximoperè timendum, cum Galenus dicebat, in morbis magnis, & valdè acutis in virium robore spem salutis haberi.

* Medicamentū electiuè purgans quomodo purgat.

TErtiò, morbum hunc defectus morbū esse negari non potest, vbi potius adiectio indicatur, quam alimētitij humoris effusio; & si Aduersarij dicant morbum ex corruptione fieri, & quod corruptum tamquam à natura alienum euacuandum. a Galenum quæso legant, qui de his morbis verba faciens, (alibi b cibo potius curari dixit) per epicrasim euacuandum esse di-

a 9 meth. c. 10.
b 1 aphor. comm. 17.

dixit fieri etenim non potest, quod vbi corruptela præualet, ob venenositatẽ sibi annexam vires non debilitentur, & ideo & nutriendo, & pedetentim euacuando corruptelo tollitur, cibando quidem, quoniam corruptio ex cibo attempetationem suscipit, vt ipse c retulit, & vires seruantur, & interea pharmaco, quod corruptum est pedetentim euacuatur, vndè in morbis qui ex corruptela, & defectu fiunt, medicamentũ purgans infestissimum esse patet, potius tamen epicraticè euacuandum.

c Loco cit.

QVartò, Medicamentum electiuè purgans alliciendo, & euacuando à venis, centrum vacuum reddit, hinc venenositatis in determinata particula quiescentis in nobiliora viscera intromissio fit, vt de sanguinis missione diximus.

QVinto tandem, tale pharmacum magis incongruum redditur si dè puerili corpore resolubili loquamur, detestandum est igitur in omnibus hoc morbo affectis, & præcipuè in pueris, medicamentum electiuè purgans.

MEdicamentum* verò leniens primas ventris regiones tantum expurgans subito exhibendum hortamur, non quidem ad coniunctam morbi caussam euacuandam quoniam ineptum esset, cum ea à propria particula cùm euacuanda, cùmquè resoluenda

* Medicamentũ leniens cur competat in hoc morbo.

ejenda sit, vt suo loco dicemus, sed ad antecedentis caussæ euacuationem, quæ præcipuè à cerebro demandatur, vt manifestè experimur; at cerebrum licet destillantis materiæ ad affectam particulam scatutigo sit, euaporationem tamen, humiditatesque ab inferiori ventre suscipit, Etenim licet cerebrum suaptè natura totius corporis caminus sit, nontantum euaporationes ab alijs partibus, quantum ab inferiori ventre suscipit. Verùm enimuerò cerebrum * ratione sui temperamenti humidis gaudet, ob id indita sibi est à natura appetentia quædam alliciendi humidum, iccircò hoc considerans d Hippocrates, cerebrum magnam glandulam vocauit; quia glandularum proprium humiditates sugere est (reticeo altissimam philosophiam, gaudere nempè humiditatibus cerebrum propter speculationem) immò Anotomici, vt Andreas Laurentius, & alij, * cerebrum cucurbitulæ formam repræsentare, quoniam ex amplo in angustum terminari asserunt; ex quo mira naturæ secreta perscrutantur, quæ talem formam cerebro præbuit, vt eius innatam humiditates alliciendi appetentiam demonstraret, cerebrum igitur ità constitutum, non tantum ab alijs partibus, quantum à naturalibus suscipit; quoniam quod alijs in partibus existit alimentitium cum sit, vel

* Cerebrum cur gaudet humidis?

d lib. de Glandulis.

* Cerebrum cur cucurbitulæ formam repræsentat?

saltem alimentitium magis, quam excrementitium, siquidem à facultate retentrice tanquam sibi necessarium retinetur, quod verò in primis ventris regionibus seruatur, excrementitium est, & tanquam quid alienum à venoso genere, vt in cloaca seruatur, obidque inutilis naturæ succus existit, & proptereà auidè attrahenti cerebro minimè resistit, quod cognoscens [c] Aristoteles, [a] cerebrum secundæ aeris regioni, ventrem inferiorem terræ assimilauit; Sicuti enim in Microcosmo è terra virtute solis, (motu scilicet, & lumine) in hæc inferiora agentis vapores sursum eleuantur, & cum ad secundam aëria regionem perueniunt ob illius regionis frigiditatem densantur, & in aquam vertuntur, descenduntque postea ad inferiora, ità in Microcosmo eleuantur ab inferiori [a] ventre tanquam à terra (quoniam rectè terræ assimilatur, nam sicuti terra productionis mater est, vbi natura excellentiores edit actiones, ità in ventre inferiori nobiliores actiones fiunt, vt in ventriculo chilificatio, in Hepate sanguificatio, in Testibus semen, à quo homo generatur.) vapores, qui sursum naturaliter tendentes caput petunt, ibique recepti, præ cerebri frigiditate densantur, & destillantes humores fiunt, qui posteà grauitatis tùm per se descendunt, tumque ab ipso cerebro expelluntur; & ob id

c 2. de part. anim. cap. 7.
* Cerebrum cui secundæ aeris regioni assimulatur ab Arist.

* ventre inferior cur terræ assimulatur?

id idemmet f Aristoteles solum hominem, inter animantia destillationem pati perscrip sit, quia ipse magis humidius cerebrum ob- tinet, & hoc quidem, quia solus homo ere- cto capite incedit, vt melius finem suum assequatur, natus quidem fuit homo * ad Deum Optimum Maximum contemplan- dum, & ratiocinandum, hinc interrogatus Anaxagoras, cur natus fuisset homo, vt cœ- lum, stellasque intueretur respondit, hinc bene Ouidius cecinit.

f lococitato.

* Homo cur na- tus est, & in quo differat a brutis?

Os homini sublime dedit, cœlumque videre Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus, Pronaque, cum spectent animalia cetera terra.

ET re vera in hoc à Beluis dissentimus, ratione, & speculatione videlicet, ideo què idemet Anaxagoras, hominem sapien- tissimum animal sibi videri asserebat, erat nim omnis vis, (dicebat Saturnum) & fa- cultas in animo, & corpore sita est; alterum cum Dijs, alterum cum Beluis commune est, cum Intelligentijs nobis commune est intelligere, quod in animo consistit, cum Beluis verò commune est sentire, quod in corpore versatur, sumus equis nos (vt probè refert Porfirius) rationales, & Dij per sci- re enim, & speculari Intelligentijs, enti- busque abstractis similimi reddimur; quam quidem speculationem, vt diximus, homo- melius assequitur, vt omnes philosophan-

tes decreuere, dum erecto capite ambulat, ad brutorum differentiam, quæ terram capitibus pronis spectant, verùm cum hominis caput rotundum, & sublimi in loco positum sit, vt vaporum omnium magis susceptiuum sit, necesse est, vndè humanum caput magis humidum, & destillationes ob id patitur homo; quas Bruta haud patiuntur, cum igitur (vt reuertamur vndè nostra fluxerat oratio) cerebrum his rationibus humidum sit, & innata quadam auiditate alliciendi humiditates ab inferiori ventre præsertim polleat, procrastinandum non est igitur, sed statim leni aliquo medicamento primæ ventris regiones euacuandæ sunt, nè cerebrum ab huiuscemodi partibus humiditates alliciens, in affectam particulam destillet, vt plurimos sæpè ferè suffocari vidimus, non tantum à malignitate vlceris, quantum ab immoderata destillatione descendente a cerebro, quæ angustissima illa faucium spatia implens, tumorem inducebat, & hoc quidem facilius* contingit, primò quia, vt dicebat Hippocrates, laxitudinem sequitur humiditas, tonsillæ enim nè dum suaptè natura debiles, sed etiam & modò infirmæ, & laxæ, ad quas humiditas existens in cerebro, tanquam magis propinqua facilius accurrit, & ab ipsa laxa parte recipitur.

* Destillatio capitis cur facilius huic morbo communicatur?

SEcundò morbosa, debilisque pars infrà est, humiditas verò suprà, viæ breues, patentesquè sunt, humida materia per se grauitat, & ideo facilius descendit.

TErtio partes lesæ cum inflammatæ, & dolentes sint, duplici vi curcubitulæ instar attrahunt, & si attrahunt, à parte quidem viciniori, nempè à cerebro, quod cum metropolis pituitæ existat, non quidem in excrementitia materia subministranda laborat, immò vberius præbet, cum eo tempore cerebri humiditatea ab inferioribus partibus attrahendi luxuria crescat, quoniā à vicina partis inflammatione, humiditates cerebri attrahente, nè dùm exiccatur, (& ideo, qui tali morbo corripiuntur, ex ore, naribusuè immoderata humiditatum copia emanat) sed etiam quodammodo per consensum incalescit, ex quâ attrahendi facultas deprauatur, vndè nè dum quod sibi alimentitium, sed etiam quod excrementitium est attrahit, & quidem a ventre inferiore, vt dictum est, quo repleto destillat, ex qua * destillatione nè dùm arctissimis illis spatijs repletis, vt diximus, & in tumorem elatis repentina fit suffocatio, verùm directè vlceris curatio impeditur, equidem quiete, & exiccatione vlcus eget, quæ à continua destillatione impediuntur, & curatiua indicatio haberi nequit, immò à continua humectatio-

* *Destillatio capitis quomodo hunc morbum augeat.*

ctione, partisque irrigatione tùm sua ptè natura infirmæ quia glandulæ sunt, tùm præter naturam, quia morbosæ, laxior ipsa particula efficeretur, & debilitato particulæ insito robore, discrasiatoue partis temperamento statim a præsenti venenositate actiuitatem maximam habente parum illud calidum iugulatur, & in cangrenam, sphacelumq; lethiferum abit affectus, omni igitur via curandum, vt cerebrum humiditatibus haud scateat, quas, vt probatum est, præcipuè ab inferiori ventre sugere potest; & ideò præstat statim leniente medicamento aluum euacuare, quod si hæc de grandioribus considerata sunt, magis tamen leniendi aluum in pueris indicatio crescit, qui plurima in cibo, potuque errata committunt, & ob illam maximam crudorum copiam in primis inferioris ventris vijs seruant, & præ naturali eius humiditate, laxitudine, & teneritate cö-fillarum, cangrena partis producitur, leniendus igitur est aluus statim tamquam in materia turgente, vt viginti quatuor horarum curriculum non pertranseat, vt & sanguinis missio (parcè tamen) & leniens medicamentum administrata non fuerint, immò sæpè obseruamus, validiori existente affectu, cùm vlcus rapidè serpere videmus, maxima cum consistentia manè sanguinem extrahere, aluumquè sero lenire, & hoc quidem

an-

antequam vires ab aucta virulentia collabantur, possunt enim vires à principio huius morbi satis firmæ, quæ circa principia, & fines omnia imbecilliora, & vires, & natura, non adeo defatigatæ.

Genus medicamenti erunt, syruppus rosatus solutiuus, syruppus de quinque infusionibus violarum, & Manna, qua felici cum successu vtimur, cuius quantitas ab ætate, & viribus metienda est.

Quando verò pueri fuerint lactantes, licet aliqui Nutrici pro puero medicamentum purgans tribuant, nos verò potius ipsi puero propinamus, quoniam veremur, nè perturbando Nutricem, lac à commotis humoribus magis vitietur, & succum naturæ pueri familiarissimum vitiosum reddamus, & vndiquè afflictam pueri naturam angustijs vexemur, tunc* enim nos Nutricem purgare solemus, cum puerili ægritudo à vitioso nutricis lacte ortum duxit ex quo medicamento, & lac defecatur, simulquè puerulus à malis humoribus vitio lactis cōgenitis expurgatur, quod de hoc morbo intelligi non potest, qui non ex lactis, sed ex aëris vitio progignitur.

* Nutrices quando purgare conueniat.

XV.

RVBRIFICANTIA MEDICAMENTA *pueris, vesicātia grandioribus in hoc morbo proficua admodum esse fidissimi experimur.*

Caput. XIIII.

CVM morbus nos excrucians in sæuitiem, mortemquè inferendã auidus magis, quam Tigris sit, meritò extremis morbis extremè exquisita remedia optima sũt; etenim cum hic morbus peracutus, & venenosus sit, in loco quidem adeò angusto, & ad respirationem necessariò genitus, vt si in eo vel minima humoris fluxio percurrat dè repentè, interclusis angustissimis illis respirationis vijs, cruciabili exitio, & veluti laqueo suspensum suffocat ægrum, & propterea frictionibus dolorosis nè dum inanibus ventosis, materia fluens tùm reuellenda, tùm diuertenda est; verum, & per medicamenta rubrificantia, phylactenas, & vessicas inducentia id fieri debet.

PRobare equidem nolumus communi illustrium Doctorum consensu præsidiũ hoc vtilissimum esse, & in peste, in morbisq;

pe-

pestilentialibus, inter quos hic morbus secundum locum obtinet ad reuellendam videlicet, omniquè via euocandam veneficam materiam ad externa, & ignobiliora loca, qua in re, sicuti venenosa materia semper concentrari, & cor petere conatur, ita methodicus Medicus omnem curam ad eam extrà, & ad ignobiliora loca euocandam imponere debet; ad quod exequendum nil melius erit, quàm sinapismata, & vessicantia apponere, quæ calorem, doloremq; inducendo non quidem atrocem, vires prosternentem, vigiliasquè inducentem, vt aliqui falsò putant, sed talem quidem, qualis ad venenosos humores extrà vocandos requiritur.

NEc dicere obstat, febrem, & inflammationem sua caliditate augere, quoniam (extrà quod in vera, & exquisita Angina, vbi maior adest inflammatio, & phlegmon, tunc morbus per se est, multi Doctores vessicantia celebrant, & nos sæpè in Anginis maximopere suffocatiuis ad fluentes humores reuellendos fœlici cum successu vsi sumus:) maior vtilitas à fluentium humorum reuulsione ad partem adeò angustam, ad vitæ, & vsum respirationis necessariam consequitur; quàm si aliquantulum febris augeatur, Sed longè abest, quoniam & febris diminuitur, & inflammatio

remittitur, probibita videlicet humorum fluxione; ad affectam particulam, immò reuocata ad exteriora loca venenositate, interna virtus, quæ maximopere à præsentia virulentiæ, vt eius penetrationi obstaret, antea defatigabatur, quiescit, reficitur, & benè indiuidualem rempublicam anteà à virulentia, tanquam à crudeli hoste peruersam, maxima euconomia regit.

Sed obijcerent aliqui si in hoc morbo competerent, vbi adest inflammatio, ergo deberent competere in Pleoritide, alijsquè internis inflamationibus, ad retrahendum scilicet humorem ad contrariam partem.

Sed quæso audiant; Inflammatio dupliciter modo consideratur, benigna scilicet à benigna sanguinia fluxione genita, vel pestilens, & maligna, in fluxione quidem benigna vessicantia certò non competunt, quoniam cum morbus talis curandi inducias præbeat, potest quidem alijs præsidijs reuelli, At in pestilenti inflammatione, vbi venenosa qualitas præualet, & morbus non præbens inducias redditur, subitoquè communicata cordi venenositate hominem interimit, certò non ratione inflammationis sed venenositatis intrinseca quadam antidotate cor petentis, ad externa reuocandæ, vessicantia competunt, esto quod aliquan-

eu-

tulum febris, & inflammatio augeantur, ficuti dè medicamento purgante euenit in febre: nam g Galenus dè medicamento purgāte agens febrē dixit, vt febris est, medicamento purgante non egere, sed cum intemperies calida, & sicca preter naturam sit, humectantibus potiùs, & refrigerantibus indiget, quod si exhibetur, ad peccantis humoris expurgationem quidem properatur, & ob id maior vtilitas consequitur, (inquit ipse) ex noxiæ materiæ expurgatione, quàm detrimentum; licet febris aliquantulum augeatur, ita in hoc morbo, plus valet venenositatem, malignamquè fluxionem ad externas partes reuocare, & ægrum liberare, quàm si inflammatio aliquantulum augeatur, sed vt diximus minimè augetur, sed potius subita, & euidenti admiratione diminuitur. Addimus quod reuocare impetuosam fluxionem etiam benignam ad fauces fluentem, est ipsum ægrum a suffocatione liberare.

g 1. aphor. com. 24

SEd in vesicantia affiganda in brachijs, seù spatulis malè dictis inducuntur inflammationis, febrisq; augmentum timentes, & indè ipsi suprà partem ipsam inflammatam, tamquè nobilem particulam validissima caustica, & venenosa etiam apponunt infinitos pueros strangulando.

NEque scribentium auctoritate id confirmare percupimus, qui lis et pauci sint de hoc morbo loquentes, maior numerus tamen eorum est, qui vessicantia, & rubrificantia administranda esse confirmant, vt [h] Alfonsus Gometius, Auctor quidam incognitus ab eodem attestatus; [i] Villa Real Complutensis Eiusdem Academiæ Complutensis publicè professor.

h Polianthea medica.
i Lib. 2. cap. 4.

SEd, & rationes, & auctoritates experientiæ rerum omnium, & Medicinæ præcipuè fideli magistræ cedant, dùm infinitos ferè suffocatos à vessicantium vsu liberatos vidimus, & quotidie obseruamus; etenim nè dùm ad malignam materiam reuocandam cor petentem, sed ad destillationem capitis diuertendam maximoperè prosunt.

QVod medicamenti genus ex varia materia construi potest; ex Cantaridibus præcipuè, aliisq; vessicā inducentibus medicamentis, quorum magna est sylua, multaquè emplastra ad hoc componunt auctores, quæ hic rescribere esset tempus inutiliter conterere.

** vessicantia vbi sunt effigenda ratione diuersionis*

VBi* verò debeant affigi, in duobus locis consulimus, in spatulis videlicet ad diuertendam materiam à capite per glādulam pituitariam ossis sphenoidis destillantem, dicebat equidem Galenus si non

Ss . F vis

vis vt currant riuuli, ficte fluuium, fistitur quidem diuersione, nam sicuti materia à capite per glandulam ossis sphænoidis destillat in fauces, ita per vessicantia in spatulis affixa per grande Nucæ foramen vocata diuertitur, vbi amplæ, rectæ, & breues sunt viæ; nec non materia suo pondere facilè descendit, hinc ridiculum existimamus, vessicantia spatulis affixa, calorem suum faucibus communicare posse, quoniam admodum distant.

Secundus* locus, vbi possunt affici vessicantia ratione reuulsionis, est in carpo vt benè Alfonsus Gometius notat, quoniã eo loco venæ cephalicæ ram' inest, vndè ne dùm reuulsio fit, sed euacuatio simul materiæ in capite existentis, & venenositatis in tonsillis, faucibusque latentis, sed quidem non ex cantaridibus, non ex argento sublimato cum alijs admixto, vt facit ipse Gometius, sed ex alia materia emplastrum componẽdum, cum per pulsus vicinitatem, venenositas illa cordi communicari possit.

Vessicantia ratione reuulsionis vbi sunt apponenda.

Sed in compositione vessicantium medicamentorum, hac methodo vtimur, In pueris lactantibus, & ad triennium vsque huiusmodi sinapismum applicamus

Vt

* Vesicantia in paruis lactantibus vsque ad triennium qualia esse debent.

VT * ℞. Sinapis vnc. ÷
Seminis nasturtij
Apij, & Erucæ ana drag. j.
Euphorbij drag. ÷
Fermenti parum.
Aquæ ardentis, aut aceti acerrimi q. s. f. pasta.

* Vesicantia à quarto anno vsque ad septimum qualia.

A * quarto anno vsque ad septimum, hoc applicamus.
Vt ℞. Sinapis vnc. ÷
Seminis Erucæ.
Nasturtij, & Apij ana drag. ÷
Cantaridum drag. j. ÷
Seminis ameos drag. ÷
Euphorbij scrop. j.
Fermenti, & aceti acerrimi, seu aquæ ardentis q. s. f. pasta.

* Vesicantia à septimo anno vsque ad 14 qualia.

A * septimo ad decimum quartum vsquè annum, tale sit emplastrum.
Vt ℞. Sinapis, & cantaridum ana vnc. ÷
Seminis Erucæ.
Nasturtij.
Apij.
Euphorbij.
Seminis ameos.
Fermenti, & aquæ ardentis q.s.f. pasta.

* Vesicantia pro grandioribus qualia.

IN * grandioribus verò vesicantium pasta hoc modo construitur.

℞.

℞. Cantaridum vnc. ÷
Euphorbij drag. ij.
Seminis ameos drag. iij.
Fermenti, & aceti acerrimi, q. s. f. pasta.

Illud * verò emplastrum, quod in carpo apponi debet, hoc modo componimus.

* Emplastrum imponendum in carpo quale.

℞. Synapis drag. ij.
Sem. nastur.
Erucæ, & apij ana drag. j.
Coquantur in aceto acerrimo, & posteà triturentur, quibus trituratis admisce,
Theriacæ optimæ drag. j.
Elect. de gemmis, & confect. Alchermis ana drag. ÷
Euphorbij scrop. j.
Butiri drag. i. ÷

Fiat vnguentum secundum artem, cuius dragma vna sumatur, si pueruli erunt, & dragmæ duæ si grandiores, & extendantur suprà folium brassicæ aliquantulum maceratum, & excalefactum, & ponatur suprà carpum, eadem etiam quantitas in altero carpo administretur, ibiquè quatuordecim horarum intercapedine detineatur, quo vsquè vesicæ eleuentur, & si in prima impositione non vesicet, iterum emplastrum coaptetur, equidem huiusmodi emplastro, & venenositatem attrahimus, & spiritus, caloremquè reficimus, quoniam preciosis ele-

electuarijs etiam constat.

Vessicantia quando apponenda.

QVando * verò apponi debeāt ? statim facta vniuersali euacuatione respondemus; adeò vt viginti quatuor horarum interuallo, & phlebotomia, & phlegmacum, & vessicantia administrata fuerint.

RELAXANTIA GARGARISMATA *in hoc morbo angue peius fugienda esse admonemus. Caput. XV.*

SATIS superquè vniuersalioribus præsidijs pertractatis, ad particularia, & topica descendere expedit, quæ cum morbus celerrimè moueatur citò administrari debent, incipiendo primò de gargarismatibus, alijsquè medicaminibus parti affectæ applicandis, in quorum descriptione ordinem hunc seruabimus, confutare videlicet primo quæ infestè à nonnullis vsurpantur, eligere tandem quæ salubria, & morbo consona existunt.

IGitur aliqui a principio laxantibus, humidisquè medicamentis pro gargarismate vtuntur, sicuti sunt lac, maluarum decoctio cum Iulep violato, & similia, propter (vt putant) inflammationem, sed hæc

Digitized by Google

hæc nullo modo competere * nesciant, esto quod mera faucium inflammatio, seu Angina sporadica sit, quoniam citrà communem doctorum omnium consensum, nulli ea Galenus docuit, inflammationem ea fluxione progignitam, illæ onc quidem a principio medicamenta repellentia conducere, (quæ tamen, vt inferius demonstrabimus, in vicebus syriacis minimè conferunt,) vt roborata particula, nouam fluxionem nè recipiat, & per ea, quod in carnosis spacijs, vsculisquè particulæ affectæ influxum est, expellatur; quod à laxantibus contrarium euenit, itaim humectando particulam effeminant, atque relaxant, cum postea facibus, vberrimquè humores noxij communicari possunt, & præcipuè hac in pestilenti affectione, cui capitis destillatio concomitatur, dè qua, vt insinuatū est, maximopere timemus; Et nè dùm dè inflammatione in genere hæc dicamus, sed veriora etiam sint in faucium inflammatione, & angina sporadica; quia citra Doctorum omnium stabile, firmumquè decretum, adest etiam communis k Præceptoris documentum, quæ manifestò docet an Angina adstringentia à principio competere, ergo si laxantia malè in faucium inflammatione a benigna sanguinia fluxione genita apponuntur; quantò longè in pestilentiali hoc affectu detestanda

* Laxantia gargarismata in hoc morbo cur infesta.

k 4. de rat vict. vitiis com. tex. 30.

veniunt, in quo non inflammatio, sed vlcus morbus est, inflammatio autem accidens. Etenim laxantia, humidaquè medicamenta, in pestilentialibus his vlceribus, veluti lethifera plurimis rationibus existimanda erunt, primò quia, vt diximus, affectioni huic capitis destillatio combinatur, quæ sæpè plus ipsis, quam morbus idem suffocat, ideoquè pars laxior reddenda minimè erit.

SEcundo effeminando, laxandoquè particulam, insitum eius robur debilitatur, quod in venenoso affectu timendum; quoniam infirma particula resistere virulentiæ, pestilentiquè sui minimè valens, statim, & necessariò serpens, dilatatumquè vlcus efficitur, & sæpè in cangrenam abit.

TErtiò, nè dum vlceris curatio à laxantibus impeditur, quæ per exiccationem adipiscitur, sed vlcus putrilaginosum constituunt, & in cangrenam ducunt, habita præcipuè læsæ particulæ consideratione, ad cuius veritatis enodationam, doctrinam Galeni sole fulgidiorem habemus, quæ curationum indicationem, nè dum à morbo, sed etiam ab ipsa, vt ea parte adipisci nos docet, & ideò tonsillæ, & columella, cum Glandulæ sint, partesquè humidæ, & laxæ, à natura constitutæ, nutiri quidem humidis gaudétes, a medicamentis profectò laxantibus afficiuntur

14. method. cap. 7.

fa-

faciliusuè putrescunt; quod si loquens de lacte m Galenus dixit, [nocet autem ipsius usus assiduus dentibus, & circumdatis carnibus, quas gingiuas nominant, has enim humidas, dentes verò putrefactioni, & erosioni admodum obnoxios lædit, sumpto igitur lacte, Os vino diluto colluere conueniet,]& multa alia dicit, * quod si lac gingiuas carnem fortiorem ad dentium confirmationem constitutam laxat, & effeminat, adeò vt humorum cloaca reddatur, ad quam humores omnes fluentes dentes erodunt, & putrefaciunt, quantò magis partes illæ, nè dùm suapte natura laxæ, & humidæ, sed à morbo & venenositate infirmiores redditæ, à lacte in putrilaginem ducentur? Verum enim verò licet apud Galenum, vlceribus pulmonis, Gutturis, vesicæ, & intestinorum lac tribuatur, ipsè potu tamen absumptum laudatur, ad excarnefacta videlicet corpora nutrienda, humoresque acres, & mordaces attemperandos.

m lib. 5. de alimen. fac. c. 15.

* Lac quomodo dentes putrescere & erodere faciat.

ADde etiam, quod si partes narratæ lacte ablui possent, vt in Dissenteria per iniecta enemata, particulæ conditio id substinet, membranosa enim pars quæque sit, cum frigida, & sicca existat, acriorisuè sensu prædita lacte gaudet, quod calidũ, & humidũ, & anodynum est, fugienda igitur in hac affectione humida omnia, & laxantia.

V 2 RE-

REPELLENTIA MEDICAMENTA incongrua esse probamus

Caput. XVI.

* Repellentia in hoc morbo quaratione non competunt.

NEQVE * reppellentia medicamenta, vt aliqui faciunt, administranda sunt, equidem si qua vi, repellentia medicamenta operentur, & cuiuè affectioni administrari debeant certò cognoscerent, eis vtiquè non ita inconsultò uterentur.

* Repellentia qua virtute agant.

SCire * igitur operæpretium est, repellentia medicamenta, non occulta quidem virtute, sed manifestis qualitatibus repellendi vim admittere, eiusuè compressoria facultate id facere, * comprimunt enim particulam velut manus premens, instar spongiæ peccantis humoris imbutæ, & ob id ex doctrina n Galeni * repellentia frigida, & adstringentia sunt, præuijs quibus particulam humore repletam comprimunt, & ad alias viciniores particulas humorem transferunt, & ità affecta particula à noxio humore euacuatur, & liberatur, vndè à o Galeno hac ratione repellentia inter præcipua euacuantia affectam particulam in initio morbi administranda recensentur.

* Repellentia quomodo operantur.

n lib. art. med. c. 85. 15. de simpl. med. fac. c. 16

* Repellentia qua facultate polleant.

o 13. meth. c. 9.

Multa enim, & notatu digna circà hoc Acutissimus p Mercatus in medium adducet, repellentia igitur si ita operantur, & hoc modo particulam affectam ab influxo humore euacuant, materiam igitur penetrare, & ad intima remeare faciunt, & modo intelliga q quid sibi voluerit Galenus, quando melliflueo eius dicendi modo retulit, [adstrictio facit penetrare] & ideò non inconsultè Doctores, sed quadam methodo, nonnullisquè præuijs conditionibus repellentibus vtuntur, * etenim multæ sunt conditiones, quas à Galeno, Alijsque doctoribus sparsim descriptas in vnum Mercatus collegit, repellentia quidem contraindicantes, sed tamen, quæ solum ad rem nostram faciunt, dicam.

p lib. 2. de indic. med. cap. 9.

q 1. de simpl. c. 17.

* Repellentium vsui quæ conditiones requirit. r Locoeit.

QVoties fluxio est maligna, venenosa, & pestilens, repellentia infestissima sunt, ex auctoritate / Galeni, idemquè à minore ad maius confirmatur, nam si, vel ob impotentia naturæ expellentis, vel ob imperitia chirurgi medentis, bubonem * Gallicum retrocedi contingat, subitò quidem communicata lueilla neruis, ossiumquè periostijs, perpetuos, & atrocissimos dolores, neruorumquè conuulsiones parit, sæpèquè ad ossa perueniens ipsa cariat, quanto magis ineptum erit pestilentē luem repercutere, quæ ad cor naturali anti-di-

/ Lib. de paratu facilibus c. 7.

* Bubo Gallicus intus reuertendus quæ affectus parit.

dirate recurrere solet, itemquè in Carbone, qui a maligna materia fieri solet, repellentia pessima sunt. Repellentia ergo omnia, vt probatum est, in hoc morbo à maligno, & pestilenti inquinamento genito maximoperè lædunt, quoniam particulas illas ferè externas cōprimendo, existentem ibi venenositatem in viciniorem particulam exprimunt, in radicem nempè linguæ, guttur, & œsophagum, vbi pestilenti vlcere inducto mortalis redditur affectus, quia nè dùm ex tumore ibi genito spiritus, cibique viæ intercluduntur, verùm etiam, & venenositas cordi facilius communicatur.

NEque opinionem eorum approbamus, repellentia saltem benigna à principio applicanda esse dicentium, quæ tantum frigida sunt, ad mitigandam inflammationem, cum frigidi esse condensare nesciant, quibus etiam particulæ superficies exprimitur, venenositas in profundum repellitur, affectus grauior redditur, vlcusquè profundius, & crustosius euadit.

SEd consideremus quæso quo temporè frigida hęc medicamenta apponere volunt, in principio fortassè dùm vlcus factum non est, sed tantum initiata inflammatio? Equidem hoc tempore incongrua repellentia sunt, quia præsentia morbi inflammatio, non a benigni sanguinis fluxione

pro-

producitur quando repellere conducit, sed & venenosa materia sit, quam repercutere, vt intellexistis, periculosum admodum est.

Adductam refrigerantia hæc præsidia non mitigare, sed augere potius inflammationem, immò eam in suppuratione, & cangrænam vertere sunt apta, quoniam cum frigidi stipato sit, hinc sequitur, quòd poris affectæ particulæ constipatis, præter naturalis calor intus repercutitur, vbi conclusus, & transpirare nequiens intensior fit, magisque vrit.

Secundò * materia à frigidis crassior reddita & resolui nequiens ex præsentia præter naturalis caloris ibi conclusi aduritur, transitque sæpè inflammatio in suppurationem, quod maxime in his partibus periculosum, quoniam extumescentiam huiusmodi, angustæ illæ particulæ haud substinent, suffocatur enim æger antè quam suppuratio illa maturescat, & aperiatur.

* Inflammatio quo modo aliquando transit in suppurationem.

Tertiò, stipatis inflammatæ particulæ poris præter naturalis calor istius inflammationis suaptè natura ferinus, & venenosus, cõclusus ferocior redditur; hinc substantificũ humidũ cõsumens, caloremq; particulæ insitum resoluens, eã in cangrenam facilius transducit; gaudet potius quælibet inflammatio tepidis, temperatisque, & hac ratione quocunque tempore medicamenta

te-

tepida inflammatæ particulæ applicantur, frigida verò actualia respuuntur, & ideò ex Galeno, omnibusquè Doctoribus confirmatum habemus, * potissimam caussam esse, vt inflammatio in cangrenam vertatur, immoderatum frigidorum vsum suprà inflammatam particulam, temperata verò, anodina cum sint, dolorem mitigant, poros reseratos relinquunt, per quos phlogosis illa exhalet, fuliginesquè inflammatæ particulæ transpirent; quod si in quolibet phlegmone necessaria hæc sunt, tanto magis in phlegmone hoc pestilenti obseruanda veniunt.

* *Inflammatio quomodo aliquando transit in cangrenam.*

NEque facto iam vlcere repellentia competunt, quia frigida hæc crassam vlceris sordiciem, seù crustam incrassando, tenaciorem reddunt, & ità prima vlceris curatiua indicatio impeditur, quæ abstersio est.

SEcundò obliuioni mandarent rè, quæ Hippocrates descripsit [vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem insuperabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones] cuius ipsemet ᵇalibi rationem affert, quia vlcera (inquit) eum cute tegi assueta erant, ideo potius temperatè calidis gaudent, & ob id mordicantur à frigido, ex qua mordicatione humores ad partem affectam euocantur. Dolorem postea insupe-

ᵃ 5. aphor. 20.

ᵇ lib. de humid. vsu.

rabi-

tabilem facit, quia, vt inquit x Galenus, natiuum calorem vlcera ad suppurationem perducentem refrigerat, eaque perspirabili cute digeri prohibet, & dolorem faciunt.

x *Eodem loco.*

NEquè acetum in syriacis vlceribus laudamus, cùm quia repellit, tùm etiam quia vlcus in huiusmodi neruosis, delicatioribus, exactissimoque sensu præditis particulis inflictum mordicat, ex quo non solum ratione doloris humorum fluxiones, sed etiam conuulsiones expectantur.

CAVSTICIS MEDICAMENTIS

huiusmodi vlcera curare tyrannicum esse demonstramus.

Caput. XVII.

SEd* alteram crudelem, acerbamque curandi methodum cimmerijs tenebris inuolutam conuellere necesse est, quæ plus ipsa, quàm morbus pueros strangulat, verùm, vt veritas magis elucescat, quæstionis titulum prius explicare necesse est.

* *Caustica medicamenta in curatione istius morbi qua ratione detestanda sint.*

NOn loquimur de repudiandis causticis cum cangrenata iam, sphacelataque sint vlcera, sed quidem de vlceribus loquimur, siuè crustosa, siuè sordida, alteriusque

quæ fortis fint, ad cuius curationem, aliqui Medici inconfultò ftatim ad cauftica accedunt, alij ferro, feu auro candente vlcus cauftricant, alij verò potentialibus medica mentis vtuntur, vt vnguento AEgyptiaco, oleo calcanti, oleo fulfuris, aqua aluminofa Fallopij, vnguento de mercurio, arfenico, fublimato, & fimilibus, & quidem fuis, & rationibus, & auctoritatibus adducti id factum putant; quas intelligere admodum conducit: ratio vna præcipua eft, nempè cum vlcera huiufmodi maligna fint, depafcentia, carnemque corrumpentia ftatim igne comburenda funt, vt virulentia extinguatur, & inter hos cauterizantes Medicos, maximum diffurgium intercidit, quorum Aliqui actuali igne cauterizare volunt, Aliqui verò potentiali, Aliqui verò vtrumque vfurpant.

Auctores verò, quos prò fuis Mecenatibus in medium adducunt, funt primò [y] Hippocrates, qui ægrotum illum Carcinomate in faucibus affectum vftione fanauit. Secundus Auctor eft [z] Cornelius Celfus, qui vlcera cangrenofa (ait) fi in ore fuerint, & medicamenta non fufficiant, ea exure. Tertius Auctor eft [a] Frangofus, qui in cancrofis vlceribus oris cauterizatione vtitur.

[y] l. 2. de morb. par. l. 1. 92.
[z] lib. 5. c. 26.
[a] Glofa de vlceribus cap. de vlceribus cauterifis.

SEd Auctorum assignatorum sententia, nostræ suffragatur, quia clarè dè cangrenosis vlceribus loquuntur, quando nos etiam causticis uti volumus, quoniam eò tunc emortua caro est, nulla amplius inflammatio, nullusquè sensus percipitur, sed dum vlcus tantum, (licet sordidum, & crustosum existat) certò nullum efficacius mediū ut in cancrenam, sphacelumquè transeat, & ad mortem ducatnur ægroti, quàm caustica suprà ipsum apposita cognoscimus, & hoc quidē, & ratione vlceris, & ratione loci, vbi erumpit, ratione sui, quia cum sit sordidum, abstersione primò, exiccatione deindè eget cum sit maligna inflammatione circumfusū attemperatione, & non irritatione indiget, nàm calidum suprà inflamatam partem positum ipsam. fuere, & in cangrenam abire facit, sicuti ex causticis medicamentis facilius consequitur.

SEd quàm in huiusmodi vlceribus caustica morbo ipso longè feraciora miseros pueros iugulent, parumper perpendamus.

PRimò vlcera hæc non quidem simplicia, sed validissimam, malignamquè inflammationem coniunctam admittunt, ratione cuius nullo modo competunt immò adaucta per ea inflammatione, particulæ robur dissoluitur, & affectus in cancre-

mam, sphacelúq; transit, vel negari non potest, quod præter naturali calore, doloréq; adaucto, duplici cucurbitulæ instar attrahentibus, humores vbertim ad affectam particulam confluant, eo quod inde aucto tumore, ægri, ... angustissimis illis Isthmi viis, non sine strangulati pereant ægri.

Secundò caustica primam vceris sordidi curationem indicationem tollunt, quæ abstersio est, immo venenosam sordiciem ... magis confirmant, particulæque firmius adhærere faciunt; quod si verum est, vt omnes asserunt, & præcipuè Mercatus, adurere superficiem assando quidem constipare potius quàm rarefacere, & calorem, ... maiorem conclere, Quis vetare igitur, sordidius vlcus euadere, veráque sua indicatione prohiberi?

b lib. 2. de indic. med. cap. 5.

Et si dicunt, causticis venenositatem illam vt depascere vlcus facientem, annuntur certò, quia caustica medicamenta eo loco applicari ita non possunt, & immorari, vt totam sordiciem consumere valeant, quia supra partem affectam moram contrahere non valent, propter saliuam, humiditatemque à capite copiose descendentem, vt videmus, abluit enim medicamenta, quæ fortasse descendendo nouum vlcus infligunt, & si persistere non valent, non quidem vim absterfiuam totam vrent, & si totam

haud

haud vnent, profectò malignus; profun- diùsúe hedderon vlcus; malignius quidem quia vltubbria illa sub crusta detecta, & suf- fucata perspicari nequiens malignior eua- dit, crescitque in ea bonam carnem corru- pendi lixurias, hinc & profundius fit vlcus; & sæpè in cancrænum transit, & hoc c Are- teus insinuare voluit quando post multo- rum causticorum descriptionem dixit, [Præ- tereà bè vlcelum compressio fiat emenda- dum est, ab ea namque & humefcentes & magis excedunt] & certò plurimum d Cos- tesio debemus, qui caustica detestatur quia- tenus escharam suprà escharam inducunt, & statim ægrotantes suffocant.

c lib. 1. de curat. morb. acut. cap. 9

d Decade 9. miscell. epist. 6 Cortesius laudatur.

NEque medicamenta caustica in huius- modi delicatis particulis apponere conuenit, quo vsque tota sorditiès, car- nisue aprimæ portio aliqua educatur, vt par est; quoniam partes illæ excarnes, neruosæ què sunt, ideirco e Areteus licet, & ipse istis in vlceribus caustica apponat, & ab ipso fed- ere omnes decepti sunt, in appositione tamè causticorum hæc ait, [At si crustæ iam re- soluantur, & vlcera rubida fiunt, etsi conuul- sionis maximè periculum subest, resiccan- tur enim plerumquè vlcera, & cum his ner- ui distenduntur, igitur, quæq; sint caustica ratione particulæ affectæ nocua sunt; etè- rum actualiigne, siuè ferro, siuè argenso, si- uè

e loco cit.

nè auro candente particulam cauterizare, nemo laudat, & Areteus præcipuè id renuit, (& ideò satis rephendendi sunt Medici illi, qui partes illas confricant, scarificant, carnem incidunt, escaram vi extirpant, vlcusquè tractant, ac si cancrena, aut sphacelus esset, distinguere enim essentiam morbi necesse est, an scilicet dè vlcere an dè cancrena tractetur) irritanda ergo vllo modo pars est, quia cum neruea, acutissimoquè sensu prædita sit, facilè humorum confluxus ad eam euocatur, & mala omnia superius descripta suscitantur.

NEquè causticis potentialibus vti debemus, dùm pars cancrenata, seù sphacelata non est, quoniam caustica medicamenta, citrà prænarrata damna particulam discrasiant, & maiorem humorum copiam euocant, certò si in aperiendo cauterio in brachio, seù crure certant Doctores, tandemquè determinãt ignito ferro potius fieri debere, quàm escharoticis medicamẽtis, quia illud particulam adurit confortando, hæc vero fluxionem humorum conuocant, quomodo igitur in huiuscemodi delicatioribus particulis exquisito sensu præditis apponi debent, si in carne brachij, & cruris duriore, minorisuè sensus hæc apponere timent, quomodo istis teneri oribus, laxioribusuè applicanda sunt? Et propterea

Zz 4 cen-

condignis laudibus f Ludouicum Mercatum efferre non valeo, quoniam eius laudes meliori quidem plectro canendæ sunt, qui licet, & ipse causticis etiam venenosis in illius morbi vlceribus vtitur, tandem post quam infinita caustica descripsit, in hæc verba prorupit. [Ego quidem arbitror, plures pueros interfecisse vsum horum medicamentorum, quæ caustica sunt, quam affectionem ipsam.]

f lib. consul. med. consult. 16. Ludouicus Mercatus laudatur.

SEd audiamus præceptorem g Galenum, qui de curatione internorum vlcerum Gulæ scilicet, ventriculi, & intestinorum, verba faciens curationem docet, nè dùm à natura, & morborum, causis, sed etiam à partia laborantis conditione desumi debere, vndè statuit, vlcera hæc non acrioribus, alijsquè medicamentis naturæ inimicis tractanda esse, sed mitioribus quidem, & naturæ familiaribus, quoniam licet in alijs externis vlceribus aliquando applicari possint, in istis verò nocua sunt, tùm propter peculiarem partis conditionem neruosam, exquisitoquè sensu præditam, tùm propter nobilium viscerum vicinitatem, quod præcipuè in vlceribus faucium obseruandum, verum enim verò (addimus nos) & si caustica medicamenta externis vlceribus possint, dolorem multis horis, inflammationemquè inducant, parsquè affecta ab eis in tu-

g 4. meth. c. 7.

3 morem eleuetur, parum refert, quia maior vtilitas consequitur ex detractione, putrilaginis ulcus dilatantis, & corrumpentis, quàm detrimentum, licet intumescat, inflammeturquè pars, at inflammatio, & tumor in faucibus augeri, vbi isthimi, viaquè spiritus, & cibi angustæ sunt, certò antequam esc hara detrahatur, præ illarum partium compressione, prius æger suffocatur, sed Galeni methodum & quam acria medicamenta in
2 vlceribus Gulæ, intestinorum, & ventriculi abhorreat, audiamus, cuius formalia verba hæc sunt [Dicatur itaquè & dè his quantum sit ad vlcerum curationem vtile, igitur quæ acuti sensus pars est, eam quam maximè extrà dolorem curare tentandum; Tradita verò eiusmodi remediorum materia est in iis libris, qui sunt dè simplicibus medicamentis inscripti. Quæ parum acri sensu est, hæc, si affectus insinuedet, valentiora remedia recipit. Et principis quidem mēbri robur seruari oportet, velutu latius vbi dè phlegmone egemus docebitur. Quod acle non est, licet hasce eam medendi rationem [illegible] adhibeas, quæ, relaxando [illegible] doquè mitiget, [illegible] Galeni vocant, at hæc quidem in sequentibus fusius tractabimus, in hoc libro indicationem, quæ à positu, & figura partium sumitur, tradimus, atque [illegible] hunc libro finem

im-

Digitized by Google

imponemus hoc igitur excogitatum est, ei, cui vlceratus ventriculus sit, medicamenta esse bibenda, cui gula, non semel, nec tota simul assumenda, sed paulatim, & assiduè, quando ex transitu, & contactu vulneribus, quæ hic sunt, vtilitas accedit, non ex continendo, & diutius adherendo, sicuti ijs, quę in ventriculo sunt, quinimò, & quod crassiora hæc, & magis lenta sint adhibenda, id quoquè, a positu, figuraquè est indicatum, nam cum gula transitus quidem comestorũ, bibitorumquè sit, iccircò remediorũ eget, quæ adherere, & vndiquè quasi concrescere, & aglutinari possint, non autem quæ elui, & defluere sint propta, Quæ verò vlcera in crassis sũt intestinis ijs, quæ per sedẽ inijciuntur, remedijs magis egent, quippè quib⁹ magis sint propinqua. Quæ in tenuib⁹ habentur, ~~(quoniam & longinquiora~~ sunt, & medio situ posita) ambo requirunt, & quæ supernè sumuntur, & quæ per sedem infunduntur, sanè (percipite quæso hæc verba Galeni) communis omnium internarum partium indicatio est, vt ea eligãtur, quæ animalis naturæ maximè sint familiaria, siuè cibi sint, siuè medicamenta; fugiantur, respuanturquè huic contraria; quamquam in ijs, quæ foris sunt vlceribus, innoxius etiam talium medicamentorum est vsus, æruginis, æris què vsti, & æris squã-

mæ, & cadmiæ, & pompholygis, & lytargiri, & cerussæ, hæc igitur, & similia interioribus exhiberi non debebunt. Porrò proditum dè natura horum est tùm in tertio dè temperamentis volumine, tùm dè simplicibus medicamentis, eligenda verò ea sunt, siquidem ad cicatricem perducere, aut glutinare vlcus studemus, tùm austera, glutinosa, tùm quæ minimè rodant, siue emundare, quæ modicè abstergant] hæc Galenus docet, circà curationem internorum vlcerum gulæ, ventriculi, & intestinorum, & ob id malefaciunt, qui caustica, & rodentia medicamenta his vlceribus applicant, & præcipuè, quæ venenosa sunt, vt sunt aqua aluminosa Fallopij, in cuius compositione multa sublimati portio ingreditur, arsenicum, auripigmentum, sandaraca, & mille id genus, non loquor dè oleo calcanti, quod non solum potentissimè causticat, & inflammat, sed delateriam virtutē cōstringendi gulam, viasq; spiritus præfocandi obtinet, vt dè calcanto longa historia loquitur Galenus, quam suo loco legere poteritis, eodem modo respuendum vnguentum ægyptiacum, cæteraquè erodentia composita.

QVA-

QVALIA HVIC MORBO ESSE *debeant, & quomodo applicanda medicamenta fideliter exponitur.* Caput. XVIII.

PEruenimus tãdem ad nostræ consultationis metam, in qua vera, expertaquè medicaměta, tùm externa, tùm interna explodunrur; atquè vera methodus morbum hunc curãdi patefit, qua in re gradatim procedere necesse est.

SVmus * igitur in hac syriaci vlceris constitutione ad aliquem medendum vocati, & morbus eò tunc initiatur, quando tantummodo tonsillæ, seu fauces inflammatæ videntur, certò methodicus Medicus dè vniuersalibus præsidijs cogitat, nempè sanguinem extrahendum instituit iuxtà ætatem, & vires ægrotantis, ea forma, & mensura, vt suo loco diximus, mox dè lenienti pharmaco sollicitatur, rectam victus legem deindè describit, vt dictum est; nec statim facta sanguinis extractione ea medicamenta instituere procrastinatur, quæ inflammationem mitigent, medicamentis ijs, quæ non repellant, vt probatum

* *Morbi ifbus principio qua cu ratio debetur.*

est, sed quæ simpliciter inflammationem attemperẽt, & moderatè affectam particulam confortent, & propterea gargarismatibus ex aqua hordei cum corticibus, aqua rosarum fęlici successu vtimur, hac videlicet forma. vt

* Gargarismata applicãda in principio illius morbi qualia?

℞. * Aquæ hordei cum corticibus, & aq. rof. ana lib. j.

Zuccari paruũ.

Et si pueruli gargarizare nescientes fuerint, bibendum dato.

* Vlcere incipiẽte qualia debẽtur medicamenta.

SI verò * vicus erumpi incipit, quia morbi essentia mutatur, etiam & medendi lex mutatur, nam antea dè maligno phlegmone agebatur, modo dè maligno vlcere pertractatur, quod tres conditiones admittit, sorditiem nempè, substantiæ defectum, & venenositatem, vt sordidum abstersione eget, alioquin serpit, dilatatur, & in cancrenam transit, quatenus substantiæ defectum dicit, impleri, incarnari, & cicatrizari indicat, vt venenosum, belzoartica expetit, adinuenire igitur oportet medicamenta, siuè simplicia, siuè composita, quæ his omnibus satisfaciant, nempè quod abstergant, excitent, incarnent, ad cicatricem perducant, tandemq; pestilentem venenositatem extinguant sine inflammationis augmento.

Con-

